



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.


For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





600003340G

26.740





600003340G

26.74



Faint, illegible text from the reverse side of the paper, appearing as bleed-through.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ο-
51
ου

γεν

st. in

II, 5.
ngiore

δή τοι.

ρο γλώσ-

vii p. 355

sec. νή-

γεν γίγνεται

stas quam

ος άνδρός,

habet έργα

λαμνον.


ant. ad


m seu

ύειν,

, ad

enac-





✓

Jan. 1827 15

THEOGNIDIS RELIQUIÆ.

NOVO ORDINE DISPOSUIT,
COMMENTATIONEM CRITICAM ET NOTAS
ADIECIT

Fridericus Theophilus Welcker.



FRANCOFURTI AD MŒNUM
SUMPTIBUS ET TYPIS H. L. BRŒNNERI.

1826.

740.


192

2

1920

1920

P R O L E G O M E N A .



SYNOPSIS.

1. De Theognide et de Megarensium illius aetate rebus, nobilitatis praesertim ratione habita.

1. Ipse, qui nomen Theognidis fert, liber in his quaestionibus caute adhibendus.

2. Theagenis tyrannis et conversiones rei publicae eam secutae.

3. Librum suum scripsit Theognis ab exilio redux.

4. In Sicilia antea commoratus.

5. In Sicilia ab eo scripta jam sene fuisse videtur elegia Ol. 73.

6. In patria urbe qualis status ejus fuerit.

7. Optimates Megarenses.

8. 9. *Ἄγαθοί* appellati, ut tenuiores *Κακοί*.

10. 11. De usu vocis *ἄγαθός* et *καλός καγαθός* civili.

12. Romanorum Boni, Optimi, Optimates.

13. Germanorum Boni homines.

14. De consimili vocis *ἀρετή* significatione.

15. *Οἱ Κακοί*.

16. Sensu morali vocabula ista apud Theognidem parum obvia.

17. Nobilium filiis scripsit poeta noster.

18. *Κύστρος* juvenem nobilem significat.

19. 20. Plebis quae Megaris fuisse videatur conditio.

21. Ingens rerum mutatio.

22. Permagni Theognis momenti ad historiam.

23. Nobilitatis in eo studium defenditur.

24. Discrimen inter Dores et Iones Atticosque in pretio claris natalibus statuendo, quod maxime quidem ex Attica philosophia et Pythagoreorum factionibus manifestatur.

25. Socrateae quaedam de nobilitate voces.

26. Theognidis magna apud nobilitatis studiosos auctoritas.

27. Argumentum, quo usus est, principale.

28. Xenophon, Plato, Peripatetici, Cynici quid de nobilitate senserint.

29. Theognis non semper recte intellectus.

30. Liber de nobilitate Aristoteli adscriptus.

31. De nobilitatis notione apud tragicos.

32. Stoicorum doctrina cum Theognide comparata.

33. Cicero.

34. Posteriorum quidam. Boethius.

35. Plutarchi qui fertur de nobilitate liber.

II. De prisca libelli nostri constitutione et conditione.

1. Fuit is mere sententiosus, politici argumenti et moralis.

2. Suidae testimonia de Theognidis scriptis.

3. Amatoriis carminibus et potoriis Theognis omnino non fuit clarus.

4. De apostrophe ad Cyrnum.

5. Ut genuina operis forma, quantum fieri possit, restituantur, removenda prius sunt:

a) quae aliis poetis a veteribus tribuuntur.

b) Parodiae gnomarum Theognidearum. (Inest disputatio de Bione Borysthenita).

c) Epigrammata.

d) Convivalia carmina.

e) Gnomae ad Polypaedam.

f) Amatoria carmina.

6. 7. Quomodo in redigendis his copiis versatus fuerit qui Theognidea collegit et concinnavit.
8. Quod exemplis illustratur et communitur.
9. Sententiarum in nova hac editione ordinandarum ratio.
10. De libri aetate.

III. De priorum editorum in recensendo et explanando Theognide consiliis et rationibus.

1. Vinetus. J. Camerarius.
2. Neander. Fr. Sylburgius.
3. C. Barthius. Seberus.
4. Valckenaerii et Heynii iudicium. Brunckius.
5. Im. Bekkerus.

De nostrae editionis subsidiis quibusdam.

Theognis quum per duo circiter secula honore habitus esset praecipuo, diu est cum negligi et aliquatenus adeo sperni, ut videtur, a longe plurimis coeptus est. Etenim antiquato Herteliorum et Camerariorum instituto, ut prae aliis Graecorum scriptoribus pueris in manus traderetur, quorum inde pectora virtutis ac sapientiae amore imbuerentur, mox, ut fit, magis magisque sepositus est; ita, ut etiam quibus Graecorum animi praeceptis sint ad virtutem instituti, mores temperati, et tota omnino vita recta, quod multum sane valet ad interiorem historiae cognitionem, qui ex eo discere vel maxime debuissent, parum plerique aut nihil eum curaverint. Sed hac mente quo minus tererentur hujus poetae reliquiae, obstitit fortasse misera earum conditio, quippe tam praepostere ab homine imperito compactarum et cum alienissimis quibusdam carminibus permixtarum, ut et gnomicae poeseos ratio offuscaretur ac perverteretur, et ipsius poetae, quae veterum animis designata et adumbrata haesisset, nobilissima species ac effigies nobis vel tanquam velo obtenderetur vel deformata appareret. Quare saepe miratus sum, et statim cum Theognidea primum legebam — legi autem admodum juvenis et singulari quadam jam tum temporis cum voluptate — mirari memini, neminem adhuc transponendis iis et in meliorem ordinem digerendis operam dedisse, quod dudum faciendum praecepisse C. Barthjum postea didici. Nuperi autem editores doctissimi cum Theognidi id praestare recusassent, neque alium quempiam de eo labore cogitare comperissem, negotium ego in me ante plures annos suscepi, non nimis illud expeditum, nec omnibus partibus jucundum, sed, ut speramus, profuturum iis, qui scriptores ipsos cognoscere studeant, nec ii sint, qui praeter verba sola et apices

nihil quicquam amplectantur. Atque in hac re administranda quomodo versatus sim, qualis mihi et totius farraginis et singulorum plerorumque carminum ratio esse videatur, jure a me requiri video, ut exponam ordine. Quod faciam non ita, ut vel nodi plurimi quomodo et ab aliis et a me ipso soluti sint indigitem ambitiose, vel novos studiose nectam post arte mea explicandos, sed expediam breviter, qua poterō, ac simpliciter, judices exoptans eos, qui ad decreta mea ad rerum momenta atque pondera exigenda haud aegre careant explicationibus prolixis, ludo reservandis. Sed antea de poetae persona temporibusque et de Megarensium civitate paulo copiosius dicendum est.

I. De Theognide et de Megarensium illius aetate rebus, nobilitatis praesertim ratione habita.

1. De Theognidis vita temporibusque ante omnia quidem, ex ejus reliquiis quid extricari possit, investigandum. Inde autem quae proturbanda vel certe ambiguae fidei esse infra apparebit, eorum nullus in his quaestionibus usus esse potest. Quod si praeterea intrarunt, quae Theognidis non sunt, sed suspicione carent, non nostra culpa errabimus. Absit igitur epigramma in Cerinthi Lelantique excidium v. 1027, unde summus Scaliger, rem licet obscuram esse confessus, Fabricius et in Chronol. Herodotea Larcherus, quasi omnia expedita essent, aetatem poetae constituerunt; multo magis ejicienda duo alia prave ac perperam juncta v. 1103—10, quibus Sylburgius, mira in eo, qui Camerarii notas pertractasset, confidentia, cumque illo multi alii Theognidem Thebas cum uxore Argyri exsulatum abiisse putabant probari. Aequè vanum est, quod ob Simonidis et Onomacriti nomina memorata, proinde quasi hos poetas celeberrimos esse constaret, Fabricius Nostrum Ol. 59 natum, necdum clarum esse potuisse, Corsinius *F. A.* III, 110 usque ad Ol. 72 vitam produxisse contendunt: quod utut probabile, hinc tamen non evincitur. Heynius etiam erravit, qui ex Dioscurorum invocatione v. 837

poetam Spartaenam natam cogeret, quo ille in itineribus se venisse narrat v. 767.

2. Ordinumur a *Theagene*, quem constat Megarensium tyrannidem exercuisse quo tempore Cylon Athenis regnum affectavit, Ol. 42; cui ille, quum filiam in matrimonium dedisset, copias in auxilium misit, 1) ut consentaneum sit, ipso duce, ut tyranni erant ad bella proni, 2) Megarenses post piaculum Cylonium in bello Salaminio de Atheniensibus triumphasse et portum Nisaeum cum insula Salamine occupasse. Rerum potitus est Theagenes eadem, qua Pisistratus ac Dionysius, astutia, quam Aristoteles exponit *Rhetor.* I, 2, 19, et plenius *Polit.* V, 4, 5 Schneid. 3) "Ἐτι δὲ διὰ τὸ μὴ μεγάλας εἶναι τότε τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἰκεῖν τὸν δῆμον ἄσχολον ὄντα πρὸς τοῖς ἔργοις, οἱ προστάται τοῦ δήμου, ὅτε πολεμικοὶ γένοιτο τυραννίδι ἐπετίθετο. Πάντες δὲ τοῦτο ἔδρων ὑπὸ τοῦ δήμου πιστευθέντες· ἢ δὲ πίστις ἦν ἢ ἀπέχθεια ἢ πρὸς τοὺς πλουσίους. Οἷον Ἀθήνησιν τε Πεισίστρατος στασιάζας πρὸς τοὺς Πεδιακοὺς, καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις τῶν εὐπόρων τὰ κτήνη ἀποσφάξας, λαβῶν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπιπέμοντας. Qui Aristotelem excripsit, *Alexander Aphrodiensis*, 4) Theagenem in Theognidem, nomen notatione non diversum, mutavit, quo Fabricius inductus est, ut poetam tyrannidem occupasse existimaret. Quamdiu civitati Theagenes praefuerit,

1) *Thucyd.* I, 126. *Pausan.* I, 28, 1 cf. 41, 2.

2) *Plat. Rep.* VIII p. 566 E de tyranno: "Ὅταν δὲ γε, οἶμαι, πρὸς τοὺς ἔξω ἐχθρούς τοῖς μὲν καταλλαγῆ, τοὺς δὲ καὶ διαφθείρη, καὶ ἡσυχία ἐκείνων γένηται, πρῶτον μὲν πολέμους τινὰς αἰεὶ κινεῖ, ἢ ἐν χρεῖα ἡγεμόνος ὁ δῆμος ἦ. *Cic. pro P. Sextio* 23 *Ex bellica victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta.*

3) Τὸ δὴ τυραννικὸν αἶτημα τὸ πολυθρύλλητον ἐπὶ τούτῳ πάντες οἱ εἰς τοῦτο προβεβηκότες ἐξενοῖσκουσιν, αἰτεῖν τὸν δῆμον φύλακὰς τινὰς τοῦ σώματος, ἵνα σώσῃ αὐτοῖς ἢ ὁ τοῦ δήμου βοηθός. *Plat. Rep.* VIII p. 566 B.

4) In *Analyt. Aristot.* I. Ὡς ὁ κωλύων Διονυσίῳ φυλακὴν διδοῦναι τοῦ σώματος Συρακουσίου αἰτοῦντι, ὡς εἰ λάβοι θησόμενον (leg. ἐπιθησόμενον) τῇ τυραννίδι, καὶ πιστούμενος τοῦτο διὰ τοῦ, ὅτι καὶ Πεισίστρατος αἰτήσας παρ' Ἀθηναίων λαβῶν ἐνυράνησε, καὶ Θεόγγης παρὰ Μεγαρέων. Θεόγγης cum in edit. Ald. fol. 14 legitur, tum in Feliciani versione p. 26. Iuntina fol. 18 habet Θεόγγους. Et sic variae huius nominis formae saepius confusae sunt. Ap. *Parthen.* 6 Διογέ-

ignotum est; expulsum narrat Plutarchus *Quaest. Gr.* 18. Μεγαρεῖς Θεαγένη τὸν τύραννον ἐκβαλόντες, ὀλίγον χρόνον ἐσωφρόνησαν κατὰ τὴν πολιτείαν· εἶτα πολλὴν (κατὰ Πλάτωνα) ⁵⁾ καὶ ἄκρατον αὐτοῖς ἐλευθερίαν τῶν δημαγωγῶν οἰνοχοούντων, διαφθαρέντες παντάπασι, τὰ τε ἄλλα τοῖς πλουσίοις ἀσελγῶς προσεφέροντο, καὶ παριόντες εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν οἱ πένητες, ἠξίουσαν ἐστιασθαι καὶ δειπνεῖν πολυτελῶς, εἰ δὲ μὴ τυγχάνοιεν, πρὸς βίαν καὶ μεθ' ὕβρεως ἐχρῶντο πᾶσι. ⁶⁾ Τέλος δὲ δόγμα θέμενοι, τοὺς τόκους ἀνεπράττοντο παρὰ τῶν δανειστῶν, οὓς δεδωκότες ἐτύγχανον, παλινοικίαν τὸ γινόμενον προσαγορεύσαντες. Per Spartanos tyrannidem esse dissolutam, *Müllerus Dor.* II, 166 conjicit. Sed nobiles etiam ultro rebus suis recuperandis studuisse credere licet, et plebs fortasse non

νης ex Stephano mutandum in Θεαγένης, assentiente *Passovio* in nupera editione p. 54. De formis Θεογένης et Θεαγένης vel a librariis, vel ab ipsis auctoribus permutatis v. *Ducker.* ad *Thucyd.* IV, 27. Pancratiasta Thasius, in oraculis Pythicis ap. *Dion.* or. 31 p. 340 et *Pausan.* VI, 11 Θειαγένης, in ep. Posidippi *Append. Jacobs.* n. 65 est Θεογένης. Formam Θεαγένης, Θεηγένης, in nominibus propriis magis quam Θεογένης obviam esse monet *Lobeck. Phrynich.* p. 653. Hoc invenies ap. *Xenoph. H. Gr.* I, 3, 13. *Demosth. c. Neaer.* p. 1369. *Aristoph. Vesp.* 1183, in inscr. Atheniensi ap. *Fleetwood. Θεογενοῦς παιανιῶς*, in alia ap. *Chandl. Inscr. App.* n. 4. σωδικατρῶν Θεογενοῦς. *Sophocles Antig.* 834 habet etiam Θεογεννῆς, formatum id ut ἀγεννῆς, de quo argutior quam verior est Hemsterhusii observatio ad *Lucian. Prometh.* 9, Ἀτλαγεννῆς, *Hesiodus.* ap. *Gregor. Cor.* p. 578 Ἀτλαγεννῆς. Addo, quae in Londinensi Thesauri Stephan. ed. p. 2952 allata sunt, αειγεννῆς, νοθεογεννῆς, ἀρόητογεννῆς, Ἀσιαγεννῆς. Praeterea in usu fuerunt Θεόγονος, *Pausan.* VI, 17, 4, Θεόγγητος (in marmore Sandvicensi), Θεύγενις, quo in poesi Noster utitur 862, et epigrammatista *Anthol. Pal.* VII, 543 aliique. Θεόγνις etiam muliebri nomen fuit, *Clem. Al. Strom.* IV p. 523. Theagenis nomen ob celeberrimum pancratiastam Heliodorum in fabulam suam intulisse putat Coraes; sed satis notus etiam erat Theagenes Rheginus, rerum scriptor. Alii hujus nominis memorantur in *Schol. Ven. Iliad.* I, 381, a *Marino* in Vit. Procli, et a *Duckero* l. 1.

5) *De Rep.* VIII p. 562 C. Expressit *Cic. de Rep.* I, 43. Imitati sunt *Aristoteles Polit.* II, 9, (8) 2. ὀλιγαρχία λίαν ἄκρατος, et *Plutarch. Arat.* 2 ἄκρατος καὶ Λωρικὴ ἀριστοκρατία. *Id. Lycurg.* 7. ὁμῶς ἄκρατον ἔτι τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ ἰσχυρὰν οἱ μετ' αὐτὸν ὀρώντες, καὶ σπαργώδαν καὶ θυμουμένην, ὡς φησὶν ὁ Πλάτων.

6) Hoc ipsum narrari memini factum esse Massiliae, quo tempore funesto populi furor contra veteres oppressores eruperat effrenus. In potentium aedes ingruentes homines de plebe singulis ut vini e Campania lagenae apponeretur, modeste petebant: minus porrigi civi Francogallico indignum esse. Vae autem illis, qui tales viros hospitio prohibere vellent.

constanter Theagenis imperium sustentavit. Democratia corrupta est per demagogos; namque hoc tempus spectare, si cum Theognide compares, vix dubitabis *Aristotelem Polit.* V, 4, 3 Schneid. Παραπλήσιως δὲ καὶ ἐν Μεγάρους κατελύθη δημοκρατία. οἱ γὰρ δημαγωγοί, ἵνα χρήματα ἔχουσι δημεύειν, ἐξέβαλον πολλοὺς τῶν γνωρίμων· ἕως πολλοὺς ἐποίησαν φεύγοντας. Quibus subjungit: Οἱ δὲ κατιόντες ἐνίκησαν μαχόμενοι τὸν δῆμον καὶ κατέστησαν τὴν ὀλιγαρχίαν. Utramque rem, democratiae dissolutionem et oligarchiae restitutionem, denuo tangit V, 2, 6: Διὰ καταφρόνησιν δὲ καὶ στασιάζουσι καὶ ἐπιτίθενται — οἷον ἐν ταῖς δημοκρατίαις οἱ εὐποροί, καταφρονήσαντες τῆς ἀταξίας καὶ ἀναρχίας· οἷον — καὶ ἡ Μεγαρέων δημοκρατία διεφθάρη δι' ἀταξίαν καὶ ἀναρχίαν ἡττηθέντων. Nobilium reditum denique etiam IV, 12, 10. Ἡ γὰρ πάντες οἱ πολῖται καθιστᾷσιν ἢ τινες καὶ ἢ ἐκ πάντων ἢ ἐκ τινῶν ἀφωρισμένων οἷον ἢ τιμήμασι ἢ γένει ἢ ἀρετῇ ἢ τινι τοιοῦτῳ ἄλλῳ· ὥσπερ ἐν Μεγάρους ἐκ τῶν συγκατελεθόντων καὶ συμμαχεσαμένων πρὸς τὸν δῆμον. Plebs postea denuo superior facta est, quum Ol. 89, 1 ex democratia iterum paucorum dominatum restitutum esse constet ex *Thucyd.* IV, 74 cf. V, 31; quam rerum mutationem non eandem esse posse, de qua Aristoteles loquatur, ob verba ἐνίκησαν μαχόμενοι (addo συγκατελεθόντων καὶ συμμαχεσαμένων) Schneiderus annotavit. Tum enim ultro nobiles Pegis, ubi consederant, revocati sunt, qui quidem, promissis et pactionibus non stantes, centum viris e plebe trucidatis, populare imperium subverterunt. Ceterum saepe et aliarum urbium optimates expulsi pristinum statum recuperarunt, ut Syracusani sub Gelone (v. §. 5.), ut Corinthii, qui Lechaenum occupaverant (*Xenoph. Hell.* IV, 4, 6), reversi foedus Spartanum redintegrasse videntur. Aliis minus fortuna favit; ut Crotoniatarum exsules, qui Thuriis excepti fuerant, a civibus suis primum repulsi, tum omnes in pugna occisi sunt. (*Diod.* XIX, 10).

3. Jam Theognis, ut in libro suo abunde facit palam, inter exsules fuit optimates, et scripsit eo tempore, quo

principatus illorum, post victam pugna plebem restitutus, denuo populari statui cesserat, qui ad Ol. 89, 1 usque tenuit. Patrimonium si, cum reliquorum turba, quod valde dubium, una regressus, receperat poeta, nunc certe iterum ei dentum erat. Quo dum possessores de plebe gaudere, dum honores mandari hominibus a re publica antea prohibitis, et nobilem adeo sanguinem, victrici factioni sponte concessio connubiorum jure, 7) novorum hominum conjugis contaminatum videbat, indignatio videtur versum fecisse. Certe quod tam gravi sententia in matrimonia inter nobiles jam ac plebejos promiscue juncta opus orditur, argumento est, nihil eum magis animo agitasse, nullum ei perditae aetatis malum funestius et imminentis ruinae evidentius indicium esse visum. Rem publicam tam tunc temporis transvorsum agi, tamque male administrari queritur, ut, tyrannidi licet ceteroquin minime favens (683. 685), invidendam prae illo rerum statu judicet sortem, quum uni alicui cura civitatis commissa fuerit, perito gubernatori, quem factio nunc obtinens ejecerit v. 735: nisi forte κυβερνήτης collective dictum fuit de optimatibus. Dominum si quem desiderat, Theagenem illum esse cogitari potest, qui nobiles subjecisset sibi quidem, sed non infra populum depressisset, et apud quem summa imperii fortasse diu et usque ad Ol. 50 fuisset, aut etiam ultra. Nam quod ait poeta κυβερνήτην μὲν ἔκασταν ἐσθλόν, non minus de factione quam de singulis, de patribus igitur eorum, qui tunc dominabantur, non minus ac de iis ipsis intelligere licet. Potest tamen et alius post Theagenem extitisse tyrannus, de quo nihil omnino proditum sit memoriae. Utut sit, nunc ambitiosi alicujus rem publicam praedam fore, corruptis civibus poeta auguratur v. 699. 703. 711, ut solita est ex populari imperio quasi sponte nasci tyrannis.

4. Per exilii tempus Theognidem in Sicilia, Euboea etiam Spartaque commoratum indicant versus 765—70, suspicioni

7) Πλούτος ἔμιξε γένος, v. 8 cf. 11. 168.

non obnoxii. Et quod ad Siciliam attinet, *Plato Leg. I* p. 630 *civem eum Megarensium in Sicilia* vocat, unde varie certatum esse, num ex Megaris Atticis fuerit an Sicularis, *Scholias* (p. 220 Ruhnck.) annotat. Illud quidem contra Platonem contendisse *Didymum*: — quem quidem fortasse exscripsit *Harpocration* v. *Θέογνις*, poetae verbis modo citatis usus, cumque eo facit etiam *Stephanus B.* v. *Μέγαρον* — non paucos tamen et Platoni accessisse. Ab horum parte praeter alios recentiorum stat *Camerarius*, Platonis auctoritatem Harpocrationi et versibus fortasse non genuinis postponere neque securum, neque sanctum esse ratus; oblitus autem, potuisse *Theognidem* ex Platonis sententia *θέσει* tantum sive *ρόμοι*, quo ipsa ducit vox *πολίτης τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων*, non *φύσει* seu ortu civem illorum fuisse. *Camerarii* sententiam non approbaverunt *Jos. Scaliger*, *Sylburgius* et *Fabrieus*, et quidem etiam ob v. 755 ss. 8). Verum viderunt *Hallius* in *Spec. nov. ed.* p. V et *Passovius* ap. *Bekkerum* ad v. 755 (773), quod certissima ratione constabiliemus. Platonem enim in Attica poetam natum novisse, ipsis Atheniensis, qui loquitur, verbis declaratur: *ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάλιστα ἔχομεν Θεόγνιν*. Si quaerendum videatur, quid fuerit, quod Plato, cui, quamvis plus centum annis post scribenti, *Theognidis* vita incognita fuisse nequit, illo quasi titulo usus fuerit, in promptu est ratio, indicare eum voluisse, *Theognidem*, quamquam in Siculari civitatem adscitum, Atticum tamen esse non desiisse, quum *Tyrtaeus*, quem in Attica ferebant natum, nunc pro *Lacedaemonio* habeatur atque illi opponatur. Afferri possent aliae, ut quod poeta majorem vitae partem aut aliquam certe in Sicilia degisset, atque inde *vir Sicularis*, uti *Aeschylum* vocat *Macrobius* (*Sat. V*, 19), dici

8) Quam *Corsin. F. A.* III, 110 adjungit rationem, *Hecatombas* non a Sicularis ineunte vere Delum esse missas, ei vereor, ut multum tribui possit. *Thucydides* VI, 3 *Theoros* memorat e Sicilia solventes. Sed tam Sicularis quam Megarenses *Theognidis* ad Delphicum potius quam ad Deliacum *Apollinem* *theoros* mandasse putabam.

potuerit; aut quod illic memoria ejus maxime vigeret, ita ut Plato in Sicilia versatus saepe illo nomine eum appellatum audiverit; aut quod honorificentius illius civitatis, a qua sponte susceptus esset, quam ejus, quae expulisset, civis vocaretur. Sed magis vero simile est illud, magis etiam quam quod Scholiastes excogitavit. Nihili est, quod El. Vinetus opinabatur, ob Elegiam in Syracusanos scriptam pro Siculo Nostrum falso potuisse haberi.

5. Elegiam in eos, qui in Syracusarum obsidione servati essent, Theognidem scripsisse *Suidas* refert, quod a Fabricio et Corsinio de Gelone Ol. 72, 2 [vel potius 73, 4*)] Syracusas occupante acceptum est. Sed Gelon quum Geomoros seu principes, aliquot annis ante exterminatos, ex Casmenis illuc reduceret, non vi potitus est urbe, sed a populo sponte traditam in fidem accepit. Contra Megaram oppugnaverat indeque et nobiles et plebem Syracusas transduxerat 9). Quare *Müllerus* (*Dor.* II, 509) ap. *Suidam* Θεόγνις εἰς τοὺς σωθέντας τῶν Συρακουσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ Megaram intelligit obsessam, ut τῶν Συρακουσίων genitivus subjecti sit. Sed ut Theognidem in cives suos elegiam istam scripsisse veri sane simile est, ita *Suidam* errasse potius, quam hoc dicere tali verborum positu voluisse statuum. Anno Ol. 72 tertio Marathone pugnatum est; Persarum autem Graeciae, rixis implicatae intestinis, Megaraeque formidabilium apud Nostrum v. 755 ss. fit mentio. 10) Haec si a Theognide scripta sunt, isque Ol. 72 superstes fuit (quod Corsinius ac plures

*) *Boeckh. Expl. ad Pind.* p. 100. *Reiskius ad Dionys. Hal.* p. 1511 Ol. 74, 1.

9) *Herod.* VII, 156 cf. *Goeller de situ et orig. Syrac.* p. 9. *Müllerus Dor.* I, 122 hoc non ante Ol. 74, 2 factum esse putat. *Herodotus* de tempore nihil prodit.

10) Hunc locum ut conciliaret ei, qui Cypselidas memorat, quum *Periander* etiam Ol. 58 mortuus sit, *de la Nauze* in *Actis Acad. Inscript.* T. XIV p. 574 contendit, jam tum temporis in Graecia de Persarum invasione sermonem fuisse. *On parloit des Perses dangereux pour la Grèce. Larcherus* Ol. 70, 1 *Darium* se praeparasse ait ad Graeciam aggrediendam. Usque ad pugnam Marathoniā Graecis vel nomen Medorum terrorem incussisse narrat *Herod.* VI, 113.

alii admiserunt), et etiam post,^{10*)} probabile est, cum quo tempore Megara caperetur, quia istius modi Elegos Veteres non ad ingenium exercendum, sed prout res praesens flagitaret pangere solebant, adhuc in Sicilia fuisse, sed statim post, fortasse ob ipsam istius urbis cladem, in patriam reversum et in civitatem denuo adscitum fuisse: versus autem 755 ss. ad nova pericula spectare, novos et majores Darii post Marathoniam pugnam belli apparatus (*Herod.* VII, 1), vel ad Xerxem Ol. 74, 4 Graeciae imminentem et Graecos societatem contra Persas conciliantes. Sed utrumque scripserit, haec disticha et Elegiam, vel alterutrum duntaxat, aetate eum valde tum provectum fuisse oportet, ut ipsius personae accommodata sint verba v. 283 γέροντι δὲ πείθεο ἄνδρῳ, et v. 616. Positus est enim in *Chronico Hieronymi* ad Ol. 59, 1 ed. Vallars. 58, 1 ed. Scalig. his verbis: *Theognis poeta clarus habetur. Chron. Pasch.* p. 115 (144) Ol. 57 Θεογνῆς ποιητῆς ἐγνωρίζετο.¹¹⁾ Tum Ol. 60 sequuntur Phocylides et Simonides. Ergo, quod *Suidas* v. Θεογνῆς et v. Φωκυλίδ. scribit: Θ. γεγονώς ἐν τῇ νθ' Ὀλ. hic non valet, ut in vita Stesichori, natus, quod Fabricius suspicabatur, sed ἐγνωρίζετο, ut circiter tricesimum tunc annum egerit, aut vicesimum, ut Simonides, qui Olympiadi 60 assignatur, natus erat Ol. 55, 2 aut 3, et mortuus est Ol. 77, 4 aut 78, 1. Minorem si statuimus numerum, vicesimum annum, qua aetate praecocem Pindarus comum Pythico victori composuit, et Olympiadis 59 annum ultimum, vel sic poeta noster Pindaro, Ol. 65, 1 nato, quadraginta annis fuit major, natus ipse non diu ante obitum Solonis, qui Ol. 55 attigisse fertur. Mirum autem, ni Simonidem cognovisset, Lasum aut Pindarum vidisset, Onomacritum atque Aeschylum. Propiores

10*) *Müller. Dor.* II, 497: Gelon erobert Megara — Theognis dichtet noch in hohem Alter.

11) Ita etiam *Syncellus* p. 190 (238), ubi Theognidem excipiunt Simonides, Phocylides, Xenophanes, praecedat Pisistratus iterum tyrannus; *Cyrillus c. Julian.* I p. 15 Spanh. Ol. 58 Θεογνῆς ἀνομάζετο. VII p. 225. Φωκυλίδης καὶ Θ. ἐγενέσθην, ut Pythagoram dicit Ol. 62 γενέσθαι, vixisse.

aetate illi fuerunt Pherecydes Syrius, Anacreon, Hipponax, Xenophanes, Pythagoras, Ibycus.

6. Haud vulgari dignitate Theognidem fuisse, simulque illius eum conscientia non caruisse ostendunt; quae de exilio suo narrat v. 768, ubique se amice exceptum esse, et quod in coronide legitur v. 863, Theognidis Megarensis nomen inter omnes homines, nimirum Graecos, celebre esse, quamvis civibus non omnibus placere possit cf. 865. Nec inter cives tamen, quamvis terris suis depulsus erat, quibus quam caruerint aegre, qui consilio et virtute rem publicam adjuvare studerent, nemo illo disertius declaravit, auctoritas ejus omnino nulla videtur fuisse, sed non tanta, quanta olim sua et parentum suorum. Et licet nullum in rem publicam et in civium animos movendos momentum habuerit, libere tamen poetari ei et magna cum vi in inimicos invehi concessum erat. Venit in mentem suspicari, Theori eum officio functum esse, quo ducit praeceptum v. 219; nam quum praeter hoc monita singulis hominum ordinibus scripta non adsint, de se autem poeta rebusque suis, pro hujusmodi poeseos ingenio, saepius loquatur, in illo etiam, quod in reliquis nusquam habet, quo se quomodocunque applicet, suam personam spectasse videri potest: et fuit fortasse Megaris quaeque Thearum sive collegium Apollinis consulendi gratia publice constitutum.¹²⁾ Tali hominis officio etiam gnoma v. 227, ex interiore disciplina sacra petita, apprime accommodata est.

12) V. *Dissenus* ad *Pind. Nem.* III, 122 et *Müller. Dor.* II, 18, ubi quod Pythii Spartani theoris annumerantur, mea quoque dudum opinio fuit. Idem *Müllerus Aeginet.* p. 135 *θεωρός* recte derivat ab *ώρα*, *cura*, in quo praeverunt Grammatici Graeci Harpocr. Hesych. Phot. Etym. M. et Gud. Arcad. p. 72 et *H. Steph.*; alterum vocabulum *θεωρός*, *spectator*, ab alio etymo, probe internoscentes; et frustra in hac voce illos oppugnat, qui de etymologia Graeca praeclare meritis est, *Riemerus* Cf. *Luzac Spec. Acad.* II p. 91 ss. *Θεός* similem in modum adhibetur in *θεουργός*, *θεόπιος*, *θεοπρόπος*. Vox *ώρα* autem in compositis haud paucis occurrit, ut in *εὐωρος*, *ὀλιγωρος*, *οἰκουρός* (*Thes. Steph.* p. 6600), apud *Hesych.* *οἰχωρός* (leg. *οἰχωρός*, χ ut *ὀκτωκαιδεχέτης* in inscriptione), *σκενωρός*, *κηπωρός*, *κηπουρός*, *ὕληωρός*, *ὕλωρός*, *πυλωρός*, *νεωρός*, *ἰωρός*, *θυω-*

7. Optimates Megarensium Doricae gentis fuisse constat, ab iis oriundos, qui occupata Codri temporibus urbe, agros inter se partiti erant,¹³⁾ Dorum instituta, mores, dialectum introduxerant. Quorum exemplum secuti et supergressi adeo, qui Megara profecti Heracleam coloniam condiderunt, Marian-dynos, istius terrae incolas, in servitudinem redegerunt,¹⁴⁾ ut Byzantii Bithynos, alii alios. Plebs rustica Caricae et

ρός (ἡ τράπεζα, ἡ τὰ θύη καὶ θυμιάματα ὠροῦσα καὶ φυλάττουσα, Ttetz. ad Lycophr. Phavor. Θωρίτης cf. Sturz. ad Pherecyd. p. 58 (8/4 ed. alt.), denique ἀρκουρός, male ἀρκοῦρος, quasi esset ab οὐρά, cauda (Arkturos wie Arktophylax, Bärenhüter, ist der ältere Name des ganzen Gestirns, J. H. Voss. Arat. p. 19); fortasse etiam τιμωρός (ut τιμαλφής, τιμῶχος) a τιμάρορος diversum est (v. Schneid. Lex.) Ratione magis valida alius Megarensium magistratus iis, quae de hac civitate a viris doctissimis nuper scripta sunt, addi potest, is vero fortasse recentior. Agriculturae enim praefectorum mentio fit in inscriptione Megarensi ap. Murat. II, 571, 3. γεοργεν εστωη.. σατυρος φιλιππου φιλοκρατης φιλιππου φωκιαδης τεισιου καλλενικος ευθυμου. Inscriptio Heracleensis ap. Reines. p. 313 ἐπιδημιουργόν exhibet. Antiquis temporibus aesympnorum nomen Megaris in usu fuisse, probat inscriptio Chalcedone, Megarensium colonia, reperta, de qua cf. Müllerus Dor. II, 169: βασιλευς ιερομνημων νομοφυλακες αισυμνωτες. (Verbo αισυμνων Euripides utitur Med. 19 ubi cf. Elmsl.) Certe βασιλεύς et ιερομνημων apud Megarenses etiam aliunde noti sunt. Accedit autem Aesympnii nomen, sepulchri in ipsa curia siti. Pausan. I, 43, 2. Nam quae de illius origine narratur fabula popularis, pessima ea nominis est explicatio, democratiae tempore facta, in qua annua magistratum electio usque ad Agamemnonis filium ascendit, et oraculum tamen ambiguum, Μεγαρέας εὐ πράξειν, ἢ μετὰ τῶν πλειόνων βουλευσονται, quod huic ipsi statui favet, de mortuis accipitur, intra curiae parietes sepeliendis, vel dudum potius sepultis; antiquitus curia ipsa fuit Αἰσύμνιον ab αισυμνωσι, i. e. imperantibus, dicta, quorum in ea esset inclusum ἡρώων πολυάνδριον. Οἱ πλειόνες, mortui, in epigrammatis sepulchralibus, ap. Polyb. VIII, 30 al.

¹³⁾ Herod. V, 76. Scymn. 501:

Εἶπεν σνάπτει Μέγαρα Δωρικὴ πόλις·
σὺμπαντες αὐτὴν ἐπόλισαν γὰρ Δωριεῖς,
πλείστοι Κορίνθιοί τε καὶ Μεσσήνιοι.

Qui locus addendus est allatis a Raoul Roch. Colonies Gr. III, 56 et Müllerero Dor. II, 83.

¹⁴⁾ Posidon. ap. Athen. VI p. 263 D. Strab. XII p. 542. Strabo quidem Heracleam a Milesiis conditam esse refert: sed quod ait, ὅτι πρῶτοι τὴν Ἡράκλειαν χτίσαντες Μιλήσιοι, dubitare nos sinit, num de colonis Milesiorum Megarenses antecedentibus loquatur, quorum illam urbem coloniam fuisse testantur Xenoph. Anab. VI, 2, 1. Arrian. Peripl. P. E. p. 8 Paus. V, 26, 6. Diodor. XIV p. 413. Justin. XIV, 3, citati a Raoul Roch. III, 300. Cf. Müller. Dor. I, 122.

Ionicae stirpis, aequo jure privata et diu vexata, Theagene duce, ut videtur, dominorum potestatem nimiamque optima-
tium auctoritatem fractum iri speraverat, ut Sicione per
Clisthenem, Corinthi per Bacchiadarum gentem excussum
est jugum a Doribus impositum; post ipsa in civitatem in-
que nobilium connubia ut adscisceretur, bonis direptis et
ἀναδυσμῶ facto (738) expresserat, primores civitatis viros,
quorum se terris locupletaret, pulserat. Sic Argis, nar-
rante *Aristotele Polit. V, 2, 8*, et alibi Perioeci in civium
numerum admittendi fuerunt. Syracusis autem optimates Do-
rienses et advenae, Γεώμοροι illie (uti Argis, *Aesch. Suppl.*
608) dicti, Ol. 71, non ita multum fortasse post formam
popularem Megaris constitutam, ejecti sunt a tribu rustica sive
plebe, veteribus terrae incolis, ¹⁵⁾ quibus quum πελάται, i. e.
βουπελάται, bubulci, vulgo appellarentur, ¹⁶⁾ tunc demum
nomen inditum est *Κιλλικυρίων* a propulsis dominis. ¹⁷⁾ Sami

15) *Vales. et Wessel. ad Diod. Exc. p. 549. A. Arnold Geschichte von Syracus 1816 p. 51.*

16) *Schol. Apollon. IV, 1582. Trilogie Prometheus p. 300. 610. Dionys. Hal. VI p. 388 in oratione Appii Claudii, ἕως ἐκβάλωσιν ἡμᾶς τελευτῶντες ἐκ τῆς πόλεως· ὡς ἐν πολλαῖς ἄλλαις καὶ τὰ τελευταῖα ἐν Συρακούσαις, ἐν αἷς οἱ Γεώμοροι πρὸς τῶν πελάτων ἐξηλάθησαν. Herod. VII, 155, Timaeus ap. Phot. et Suid. v. Καλλικύριοι, et Hesychius latiore voce δούλους vocant, ut alii ap. Athen. VI p. 265 E. F. Clerotas, Penestas, Dorophoros, οἰκέτας et δούλους. Apud Herodotum *Κυλλυρίων* in *Κιλλικυρίων* aut *Καλλικυρίων* mutandum esse, consentiunt Wessel. et Valck. et in propatulo est. Ut ἐλάτης, πελάτης de bubus, ita *κιλλακτήρ* de asinis usurpatur, quod grammatici falso derivant a *κιλλός*, *asinus*. Asinus nomen ipse habet inde, quod fuste impellendus est, ut *κέλης* a proprio, quo impellitur, vigore et celeritate.*

17) *Κίλλειν*, *cellere*. *Κιλλικύριοι* exaratum est ap. *Phot. Hesych.* et in *Lex. rhet. ap. Eustath. ad Il. II p. 295 Rom. Καλλικύριοι* legitur ap. *Photium* (altero loco), *Suidam*, *Zenobium*, *Plutarch. Proverb. Alexandrin. 10*, *Phot. et Suid. Καλλικύριοι*. — ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς τὰντὸ συνελθεῖν παντοδαποὶ ὄντες, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν *Συρακοσίων πολιτείᾳ*, ὅμοιοι τοῖς παρὰ *Λακεδαιμονίοις* *Εἰλωσι* καὶ παρὰ *Θεσσαλοῖς* *Πενέσταις* καὶ παρὰ *Κρησὶ* *Κλαρώταις*. Sensu haec ita contracta et decurtata carent, sed vera nominis vi ratione habita facile possunt suppleri. *Phot. Κιλλικύριοι· ἐν Συρακούσαις τινὲς ἐκλήθησαν· οἱ ἀντὶ τῶν γεωμόρων μέρος καταλαμβάνοντες τοῦ πολιτεύματος· οἷον Εἰλωτες καὶ Πενέσται τινές.* Inepte *Zenob. Καλλικυρίων πλείους· IV, 54* — ἡ δὲ αἰτία τῆς κλήσεως αὐτῶν, διὰ τὸ παντο-

diu ante illud tempus contra Geomoros servorum seditio exorta,¹⁸⁾ et circa Ol. 45 illorum plurimi a plebe, sexcentis captivis Megarensibus opitulantibus, occisi erant;¹⁹⁾ Sybari Ol. 68 quingenti ex optimatibus expulsi,²⁰⁾ Thuriis nobiles, quum agro universo praeter legem potiti essent, a plebe bellis exercitato, praesidiis (istorum) victis, depulsi sunt.²¹⁾ Etiam Cnidi, Dorica civitate, optimates inter se discordantes a plebe oppressi.²²⁾

8. In Megarensium civitate quo nomine vel generosi appellati sint, vel inferior gens, memoriae non proditum est. Nobiles Aristoteles universaliore latioreque voce, qua et alias saepius utitur, γνωρίμους vocat, *les Notables* (ut *Xenophon H. Gr.* II, 2, 6, ubi cf. *Mor.* atque *Zeun.* Samiorum Γεωμόρους), et πλουσίους, ut Plutarchus etiam, reliquos τὸν δῆμον. Atque horum quidem Megaris peculiare fortasse nomen fuit δωροφόροι, quippe metropoli cum colonia Heraclaea, ubi illud in usu fuisse refertur,²³⁾ commune. Δωρο-

δαπούς εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν, ὥστε τοὺς κυρίους ἐγκεῖσθαι. Suid. πλείους τῶν κυρίων ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐξέβαλον. Καλλικύριος et ipsum pro καλλικύριος dictum esse posset, quum Dores aliique Graecorum ε in π mutare solerent, modo credibile foret, utramque verbi formam, κίλλειν et κέλλειν, in tali compositione in eadem civitate usurpatam fuisse; potest autem et irrisionem continere in novos dominos, quibus rerum usus, gravitas et urbanae frontis praemia deessent, et quorum quasi ochlocratiam designat proverbium Καλλικυρίων πλείους. Multitudo enim eorum non per se, sed tanquam dominorum seu consilii publici principum insignis erat. Ludebant autem Graeci in variandis nominibus, ut Τελεοντες simul Γελεοντες et Γεδέοντες dicti sunt (*Trilogie Prometh.* p. 299), Μενέσται, non ut κατὰ τὰς ὁμολογίας καταμείναντες, uti putat *Athen.* VI p. 264 B, sed quod nos dicimus *an die Scholle gebunden*, qui et Πενέσται seu πένητες, φειδίτια Spartanorum a φείδειν mutata in φιλίτια a φιλία, Apollo Ἐβδομαγένης et Ἐβδομαγέτης, Θεοδαΐδια et Θεοδοσία (*Philostr. Imag.* p. 355 ed. Jacobs.), Ταυροπόλος et Ταυροβόλος (*Trilogie* p. 282), Περσεφόνη et Φερσέφασσα, et id genus sexcenta alia.

18) *Athen.* VI p. 267 A.

19) *Plutarch. Qu. Gr.* 57.

20) *Heyne Opusc.* II, 155.

21) *Aristot. Polit.* V, 6 (7) 6.

22) *Ibid.* V, 5 (6), 3.

23) *Euphor. ap. Athen.* VI p. 262 D. (fr. 75) Δωροφόροι καλεοίασ' ὑποφρίσσοντες ἀνάγκας. Pergit Athenaeus: Λέγει δὲ καὶ Καλλιστράτος ὁ Ἀριστοφάνειος, ὅτι τοὺς Μαριανδυνοὺς ἰνόμαζον μὲν δω-

φόροι appellati sunt, ut Atheniensium ἐκτημόροι, a tributis agro impositis; δῶρα enim²⁴⁾ tum magis proprie dona regibus tanquam ultro offerenda, ῥητὰ γέρατα,²⁵⁾ tum tributa dicta sunt regibus aut optimatibus solvenda.²⁶⁾ Dorophoros aequae ac Helotes, Penestas, Clarotas, Gymnesios et Corynephoros μεταξὺ ἐλευθέρων καὶ δούλων fuisse ait *Pollux* III, 83, μὴ γόνῳ δούλους, ἀλλὰ πολέμῳ, *Lex. rhet.* ap. *Eustath.* I. supra I. κατὰ πόλεμον χειρωθέντας, *Ammon.* v. Πενέστης. Quod quanquam verum, distinguendi tamen Penestae, Clarotae, Dorophori ab Helotibus (not. 43). De his omnibus post Ruhnkenium docte disputavit *Hüllmannus* noster *Staatsrecht des Alterthums* p. 28 ss.

9. Theognis, qui totus in hac re est, omni utriusque ordinis appellatione aliunde nota abstinet, et eam utriusque frequentat, quam aliunde tanquam vulgo alicubi usurpatam non noveramus, nobiles ἀγαθούς plerumque aut ἐσθλούς etiam (v. 7. 883. 896) vocans, populum κακούς, et aliquoties (v. 206. 602. 884) δειλούς. Igitur moralis illarum vocum vis et civilis, quarum haec a lexicographis et commentatoribus plurimis fere neglecta est, probe discernendae erunt. Quod quo

ροφόρους, ἀφαιρῶντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προσηγορίας· καθάπερ Σπαρτιάται μὲν ἐποίησαν ἐπὶ τῶν Εἰλιώτων, Θετταλοὶ δ' ἐπὶ Πενέστων, Κρήτες δ' ἐπὶ τῶν Κλαρωτῶν.

24) Egit de his donis *E. Platner Notion. juris et justitiae ex Hom. et Hes. carm expl.* p. 99.

25) *Thucyd.* I, 10. Similis Germanis erat mos, *ultro ac viriim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. Tacit. Germ.* 15. — Antiquissimis temporibus ἔρανος dicta est collecta a principibus exacta. *Trilogie Prometheus* p. 581.

26) Ad *Iliad.* XVII, 225 δῶροισι κατατρέχω καὶ ἐδωδῆ Λαούς, haud male Schol. B ἀναγκάζων παρέχειν δῶρα. Sed pro ἀναγκάζειν mitius sonat ἀγείρεσθαι κατὰ δήμον, *Odyss.* XIII, 14. XIX, 197. Pro honore τὰ δῶρα accepta esse, ex *Iliad.* IX, 154. 297 liquet, ubi de septem urbibus Achilli promissis sermo:

Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηγες, πολυβοῦται,
οἳ κε σε δωτίγησι, θεὸν ὧς, τιμήσουσιν,
καὶ τοι ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τσλέουσι θέμιδας.

Cum miti *donorum* vocabulo comparem τῶν ξενίων nomen apud Philostratum *Imag.* I, 51. II, 26 p. 96, 1, quae sunt fruges daptesque campestres, rure ad praedii dominum in urbem deferendae.

facilius feret, nescio an una posterior intellectus valet majuscula scribendam fuisse: Ἀγαθοὶ et Κακοί. Camerarius ad v. 19 ὅς: Στρεπτοίτην, ὅτι τοῖς ἐσθλῶσι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καθ' ἕνα οἱ ἄλλοι τοῖς ἀγαθοῖς, ἀεὶ ὁ ποιητὴς τοὺς δυνάμει τε καὶ πλῆθει περιβλεπόμενος καὶ ἐπ' ἀνδρία μάλιστα ἔπαινον καὶ τιμὴν ἐσχηκότες ὡς περὶ θεῶν καὶ κακοὺς τοὺς ταπεινοὺς καὶ ἀκτίμους καὶ ἀτιμους, ἐν οἷς καὶ πλεῖστον τὸ πόνημον ἔστι. Paulo negligentius Heynius in Praef. infra typis describenda (post not. 5); perverse Wassenberghius *morum corruptelam in sua civitate a commixtis inter se bonorum ac malorum repetit nuptiis*. Non propria Theognidi haec fuisse videtur nominatio, forte casuque ab illo, sed vera et vulgaris, a Megarensibus tum temporis, et praesertim quidem a nobilibus usurpata, tum quod nomina ordinum qualiacunque deesse non poterant, tum quod utrorumque tam frequens tamque constans repetitio, nisi propria eorum vi ad usum civilem deflexa, mira, ne dicam insipida aut impudens dicenda foret. Extra Megaram eo fortasse, quod non usu vulgari mitigata essent et ex utroque nomine proprie intellecto ambiguitatis aliquid nasci potuisset, alia et communis rei designatio praelata est.

10. Ἀγαθοὶ ut generosi, potentiores ac divites dicantur, non insolens quidem, sed operae pretium fortasse faciam si exemplorum copiam afferam. *Iliad.* XV, 323 Οἶά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παραδρόωσι χέρηες, ubi ἀγαθοὶ a *Dammio*, praecunte *Eustathio*, vertuntur *primates, nobiliores, domini*; cf. II. I, 275. XVIII, 382. ἀγρευός τ' ἀγαθός τε, XIII, 664. XVII, 576 cf. XVIII, 275. πατρός ἀγαθοῖο, XXI, 109, αἵματος ἐξ ἀγαθοῖο, *Odyss.* IV, 611. Eandem vim in Homericis poesi capiunt ἐὺς cf. *Buttmann. Lexilog.* I, 85, et ἄριστος, ἀριστεύς, ut *Iliad.* II, 404 septem γέροντες ἀριστῆες Παναχιδῶν, ἀριστῆες II. V, 206. IX, 396. *Od.* VI, 34, ἄριστοι II. II, 580. IV, 260. VI, 209. ἀριστεύειν *Od.* IV, 652. *Hermannus* quod ad *Eurip. Med. ab Elmslejo* ed. v. 5 optimates ἀρίστους appellari non potuisse contendit, quamvis

in promptu est ratio, quare alterius formae ἀριστήες, *optimates*, crebrior usus sit. Apud *Hesiod.* "Erg. 216 hoc sensu ἐσθλός et δειλός sibi opponuntur; ubi glossa Cod. Vindob. (*Act. Monac.* III, 405) δειλόν explicat ἀγενή. *Charondaë* lex ad v. 51 in marg. enotata: προκεκριμένους ἄνδρας ἀγαθούς. Hippodamus Pythagoreus ap. *Stob.* S. XII, 92 p. 249 e tribus civitatis partibus primam statuit τῶν ἀγαθῶν, κυβερνητῶν τὰ κοινά. Cnidi imperium erat apud sexaginta Optimatium προκρίτους ἐκ τῶν ἀρίστων. *Plutarch.* *Qu. Gr.* 4. Vetus erat proverbium *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαΐτας ἴασιν.* *Athen.* V p. 178 B. *Zenob.* II, 19 cf. *Thes. L. Gr.* I, 136 s. ed. Lond. In hunc sensum ἐσθλοὶ et ἀγαθοὶ etiam in Coronistarum carmine accipiendi, Ἐσθλοὶ κορώνη χεῖρα πρόσδοτε κριθῶν, — Δότ' ὦ ἄγαθοὶ — Ἄλλ', ὦ ἄγαθοὶ, ἀπορέξαθ', ὦν μύχος πλουτεῖ Δόμου. Nec a *Pindari* quoque aliquot locis haec vocis potestas aliena esse videtur. *Pyth.* II fin. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν, τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος. ἀδόντα δ' εἶη με τοῖς ἀγαθοῖς ὀμιλεῖν. *Pyth.* III, 125 Hiero dicitur πρᾶϋς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς, ξείνοις δὲ θανμασιὸς πατήρ, ubi non solum τοῖς ἀστοῖς οἱ ἀγαθοὶ quodammodo opponuntur, sed verbum etiam φθονέων civili magis quam morali significatui accommodatum est: porro *Pyth.* IV, 506 de Damophilo Cyrenensi: ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν, οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς. Denique *Pyth.* X fin. de Aleuadis ἐν δ' ἀγαθοῖσι κεῖνται πατρῴαι κεδναὶ πολίων κυβερνάσιες. *Aeschyl.* *Pers.* 306 Τενάγων τ' ἄριστος Βακτρῶν Ἰθαγενής, ubi Ἰθαγενής subst. est ut *Odyss.* XIV, 203. *Soph.* *El.* 1081 τίς ἂν εὐπατρις ὧδε βλάστοι; οὐδεις τῶν ἀγαθῶν, ζῶν κακῶς, εὐκλειαν αἰσχῦναι θέλει νόνημος. *Eurip.* *Alc.* 605 τὸ γὰρ εὐγενὲς ἐκφέρεται πρὸς αἰδῶ· ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι δὲ πάντ' ἔνεστιν σοφίας. *Iph.* *Aul.* 625 ἄνδρὸς γὰρ ἀγαθοῦ κηδος, αὐτὸς ἐσθλὸς ὦν λήψη. *Androm.* 768 ss. πατέρων ἀγαθῶν εἶην — ἐσθλῶν δωματίων. Cf. *Troad.* 1254. Sic etiam ἀμείνοτος πατρός *Electr.* 338. *Dict. fr.* X, 3, et πατέρων ἀρίστων *Suppl.* 1166, fragm. inc. Barnes. 2 p. 496 Lips. et ἀρι-

στεις, ut Δελφῶν ἀριστεῖς, *Jon.* 416, it. Δαναῶν, Σπαρτιῶν, Ἑλλήνων.

11. Pertinet huc praeterea, quod καλοὶ καγαθοὶ optimates et antiquo genere orti dicti sunt. *Thucyd.* VIII, 48: τοὺς τε καλοὺς καγαθοὺς ὀνομαζομένους οὐκ ἐλάσσω, αὐτοὺς νομίσαι, σφίσι πρᾶγματα παρέξειν τοῦ δήμου. *Herodotus* II, 143, ubi Aegyptiorum reges non divinam prae se ferre originem narrat, sed a *primis* se ortos confiteri, hanc vocem interpretatur καλὸς καγαθός, mortales claro genere natos (non simplices mortales) recte intelligens. *Aristoph.* *Ran.* 718: τῶν πολιτῶν τοὺς καλοὺς τε καγαθοὺς — οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους, quos cum vetere numismate comparat, recens in civitatem adscitos aere cum vili. Cf. etiam *Nub.* 101. 794. *Equ.* 735. *Plato Rep.* VIII p. 569 A. ὑπὸ τῶν πλουσίων τε καὶ καλῶν καγαθῶν λεγομένων ἐν τῇ πόλει. *Xenoph.* *H. Gr.* V, 3, 9 de primoribus inter Spartanorum perioecos hoc vocabulo utitur; *Plutarch.* *Lycurg.* 15 de Spartanis: Ἐξῆν μὲν γὰρ ἀνδρὶ πρεσβυτέρῳ νέας γυναικός, εἰ δὴ τινα τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀσπίσασαιτο νέων καὶ δοκιμάσειεν, εἰσαγαγεῖν παρ' αὐτήν. Et *Plutarchus* quidem *Sympros.* IV, 1 extr. pro ἀγαθός substituit etiam γενναῖος. *Ποικιλίαν δὲ καὶ Πλάτων* παρέχει τοῖς καλοῖς καὶ γενναίοις ἐκείνοις πολίταις. *Demosth. c. Neaer.* p. 1385 R. τὸν μὲν καὶ ἐκ γένους ὄντα τοῦ Εὐμολπιδῶν, καὶ προγόνων καλῶν καγαθῶν. *Nicostratus* ap. *Stob.* 68 p. 426. Ταυτὶ μὲν οὖν τὰ θρυλλούμενα σὺ οἶσθα, μήτε εὐγενεῖα προσέχειν μήτε δόξη τῶν πατέρων, οὕτως γε ὡς αὐτῇ τῇ γυναικί. πολλαὶ γὰρ δὴ πάνυ καλῶν καὶ ἀγαθῶν πατέρων φαῦλαι ἐφωράθησαν καὶ οὐκ ἐσωφρόνησαν. *Aristot.* *Pol.* IV, 6, (8) 2 civitates ad oligarchiam magis inclinantes ἀριστοκρατίας dici διὰ τὸ μᾶλλον ἀκολουθεῖν παιδείαν καὶ εὐγένειαν τοῖς εὐπορωτέροις· ἔτι δὲ δοκοῦσιν ἔχειν οἱ εὐποροὶ, ὧν ἕνεκεν οἱ ἀδικοῦντες ἀδικοῦσιν· ὅθεν καὶ καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ γνωρίμους (i. e. aut γνωρίμους) τούτους προσαγορεύουσι. §. 3. Σχεδὸν γὰρ παρὰ τοῖς πλείστοις οἱ εὐποροὶ τῶν καλῶν καγαθῶν δοκοῦσι κατέχειν

χώραν. In his quod Schneiderus γνωρίμους respectu honoris et potentiae, καλοὺς καγαθούς propter virtutem dici statuit, et quae Tittmannus (*Griech. Staatsverfassungen* p. 584) contra intellectum, quem tot locis exscribendis stabiliendum duxi, objicit, minime persuadent. Non virtute, sed παιδεία insignes esse nobiliores, ait Aristoteles (cf. V, 9, 2 *Rhet.* I, 8, 4), qui ab eadem alio tempore locoque dicti sunt *gentiliomini* (ut a vita agresti *i villani*; *les vilains*, rudes et inficeti.). Schneiderus ipse antea ad *Xenoph.* H. Gr. II, 2, 6 τοὺς γνωρίμους ab *Aristot. Pol.* IV, 3 et 8, qui est locus noster, καλοὺς καγαθούς vocari animadverterat. Sed evidentior etiam haec nominis potestas, de qua *Weiskius* ad *Xenoph.* Mem. I, 1, 16 quaedam annotavit lectu digna, fit illo loco, ubi de tribus civitatis Spartanae potestatibus Aristoteles loquitur II, 6, 15 Οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς διὰ τὴν αὐτῶν τιμὴν οὕτως ἔχουσιν· οἱ δὲ καλοὶ καγαθοὶ διὰ τὴν γερουσίαν· ὁ δὲ δῆμος διὰ τὴν ἐφορίαν· καθίσταται γὰρ ἐξ ἁπάντων. Quae ut in desuetudinem abiret, per philosophiam Socraticam videtur effectum; uti ἀγαθός etiam et ἐσθλός Platoni et Xenophonti est vir probus, legi morali convenienter vivens. In Thaletis, Biantis et Solonis sententiis, quales descriptas hodie legimus, καλοκαγαθία in hunc sensum accepta non est genuina. Quod *Sturzius* in *Lex. Xenophonteo* hoc verbum ait proprie dici sic, ut ἀγαθός, τὸ ἀγαθόν ad animi virtutem et probitatem pertineat, καλός autem ad actiones externas, etiam ad generis nobilitatem, divitias, valetudinem et alia talia referatur, nullis fultum est rationibus. *Αγαθός* quidem semel tantum apud Xenophontem (*Oecon.* XI, 5) ad genus spectat, et quidem equi, ut ἵππους εὐγενέας dicunt *Soph. El.* 20 ac *Pseudophocyl.* 189, et nobilissimas equas Cicero et Ovidius. Obvia autem apud illum οἱ βέλτιους, τὸ βέλτιστον, οἱ βέλτιστοι, de optimatibus, quibus opponitur ὁ δῆμος. *Hist. Gr.* I, 4, 16. II, 3, 32. IV, 4, 3. V, 2, 6. *Cyrop.* II, 2, 1. *Resp. Athen.* I, 3. III, 10. Nec omittit denique hoc nomen *Pollux* VI, 48, ubi plura complecti-

ταρ. Ἰδίως δὲ τοὺς μὲν πλουσίους καὶ τοὺς παχεῖς, καὶ τοὺς ἐνδόξους (Noster v. 11, εὐδοξος κακόδοξον) καὶ τοὺς βελτίους, καὶ τοὺς ὀλίγους, καὶ τοὺς χρηστούς (Noster v. 497 ἀχρήστοισι pro Κακοῖσι), καὶ τοὺς ἰππέας (et ἰπποβίτους) ὠνόμαζον, τοὺς δὲ πένητας, τοὺς πολλούς, τοὺς δημοτικούς καὶ τὸν δῆμον. Similem indicem, sed locupletioŕem, fecit F. Kortüm *Hellenische Staatsverfassungen* p. 14 (add. οἱ γενναῖοι, Xenoph. Rep. A. I, 2. II, 18), in quem dubitanter quidem etiam τοὺς ἀγαθούς, confidenter autem ex Thucydide τοὺς καλοὺς ἀγαθούς recepit.

12. Non praetereundum hoc loco, quod magis tritum est, apud Romanorum etiam nobilitatem, inprimis eam priscis majorum imaginibus superbientem et acerbam, novorumque hominum virtuti et industriae infensam, 27) eundem obtinuisse loquendi usum, ut nobiles et principes, populo, popularibus et hominibus de plebe, quantumvis fortibus ac justis, oppositi, promiscue iidem audirent *boni, optimi, optimates*. Qua de re Sallustius. (*Hist. fr. L. I p. 935 Cort.*) et Cicero de rep. optime praecipunt. Ille quidem: *Postquam, remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit, plurimae turbae, seditiones et ad postremum bella civilia orta sunt; dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes affectabant, bonique et mali cives appellati, non ob merita in rem publicam, omnibus pariter corruptis; sed uti quisque locupletissimus et injuria validior, quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur*. Ex libris de Rep. autem maxime huc pertinent: III, 14. *Quum autem certi propter divitias aut genus aut aliquas opes rem publicam teneant, est factio; sed vocantur illi optimates*. Cap. 35. *Sed errore quodam fallimur ita disputando: cum enim optimates appellantur, nihil potest videri praestabilius cet.* Ibid. I, 34. *Verum hunc optimum statum pravis hominum opinio-*

27) Cic. Verr. V, 71 cf. 70.

nibus eversum esse dicunt, qui ignoratione virtutis, quae cum in paucis est, tum in paucis judicatur et cernitur, opulentos homines et copiosos, tum genere nobili natos, esse optimos putant. Hoc errore vulgi cum rem publicam opes paucorum, non virtutes, tenere coeperunt, nomen illi principes optimatum mordicus tenent, re autem carent eo nomine. Nam divitiae, nomen, opes vacuae consilio et vivendi atque aliis imperandi modo, dedecoris plenae sunt et insolentis superbiae: nec ulla deformior species est civitatis, quam illa, in qua opulentissimi optimi putantur. Cap. 30. Nam optimates quidem quis ferat, qui non populi concessu, sed suis comitiis hoc sibi nomen adrogaverunt? Ceterum vocabulo *Boni* sensu civili *Sallustius Catil. c. 19, 2. Jug. 42, 2* et *Cicero* frequenter utuntur. 28) *Optimates* habent *Ennius* (*Med. fr. 10. Quae Corinthi altam arcem habetis, Matronae opulentae, optimates*), *Livius XXIV, 2, 3, Cicero* locis bene multis, quorum quidam non ubique recte accipiuntur. 29) Denique etiam *optimus quisque* de principibus et a *Livio* (*XXXV, 34*) usurpatur et a *Cicerone*. 30)

28) *Offic. II, 12 fin. Sext. 48, 49. (§. 105) Brut. c. 27 pr. T. Gracchum bonis iratum, de quo Vellejus II, 2, 2 descendit a bonis. ad Att. VII, 7. Illud omnibus exploratum, si boni victi sint, nec in caede principum clementiorem hunc fore quam Cinna fuerit. Leg. III, 9 (ubi cf. Goerenz.) Quid juris bonis viris T. Gracchi tribunatus reliquit? Cap. 15. Isti rationi (legum tabellariarum) neque lator quisquam est inventus, neque auctor unquam bonus. Cap. 16. Suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus (bonis); non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Cap. 16. Cassia a nobili homine lata, — sed dissidente a bonis atque omnes rumusculos populari ratione aucupante. Cap. 17. Istam libertatem ita largior populo, ut auctoritate et valeant et utantur boni. Sic enim a me recitata lex est de suffragiis: Optimatibus nota, plebi libera sunt. Ibid. in quo populo potestas honesta bonis gratificandi datur.*

29) *De Rep. I, 26. 27. 29. 34. 35. 44. II, 12. III, 35. III, ap. August. C. D. II, 21 aut injusti optimates, quorum consensum dixit esse factionem, aut injustus ipse populus, I. VI ap. Non. v. Triste, porro Leg. III, 17. Offic. II, 25 (apud Lacedaemonios) Tusc. I, 45. Flacc. 23. Div. VII, 6. VIII, 16.*

30) *Leg. III, 17. Habeat sane populus tabellam, quasi vindicem libertatis, dummodo haec optimo cuique et gravissimo civi ostendantur. Offic. I, 25 §. 85. 28 §. 99. Phil. I, 12. Sext. 45. 49.*

Et Cicero quidem in ipsa illa oratione pro Sextio, in qua optimatum vocabulo sophisticè utitur, *oratorie et ut causae suae inserviat et optimatum nationem ab invidia liberet, qua apud populum laborabat* (quae verba sunt Jacobi Facciolatii), c. 45, *optimatum, qui voluntati, commodis, opinioni in re publica serviant, defensores optimatum, qui eorum sectam sequantur, ipsos optimates gravissimos esse, i. e. quodammodo nobiles dici posse* ait.

13. Ex antiquitate Teutonica cum Megarensi nobilium appellatione comparari par est *bonos homines* Gothorum et Francorum, horum quidem lingua Rachinburgos dictos (cujus vocis etymon *rek* nostro *reich* subesse videtur, ut *dives* etiam de potentia usurpatur, monente Savigny in historia juris Rom. per medium aevum I, 184), et *probos homines*, in Arii Froda Schedis c. 9, *Hauptlinge und gute Männer*, tum (quod enotavit Kortüm) in Hoenigshoveni *Chronica* p. 307 *Gudemänner*, uti et in alia Ditmarsorum ap. Savigny (T. II p. XXII) *guden manne*, denique in carmine, cui titulus *Rosarium Wormacense* v. 48 *Herrn von Rechte* (*als eines Herrn von Rechte war alle sein Geländ.*)³¹

31) Hunc optimatum dignitatem in ipsius Gothorum nationis nomen abiisse, probabiliter prae aliis demonstravit Savignus l. c. I, 194. Eandem esse rationem *Achaicae* gentis veri simile est, si modo alia etiam multa nomina populorum ex discrimine victae gentis et victricis in unam civitatem conjunctarum orta, sive ex nobilium classe in totam gentem translata esse, quod in libello de Colonia Cretensi et Cadmo p. 27 ss. ostendere conatus sum, non temere statuitur. Addi poterant *Ἰγνητες*, veterrimi Rhodi incolae (*Trilogie Prometheus* p. 128), et quidam alii. Achaeos fortasse primitus *Ἀγαθούς* sive *ἀριστήρας* fuisse, nuper Müllerus monuit *Prolegom. zur Mythologie* p. 291. Apud Hesych. enim in *ἀχαῖα*, *ἀάκωνες ἀγαθά* elementum primum non praecidendum, sed *ἀχαιός* idem est ac Lacorum *χαός*, *χαιός*, *χάιος* (*εὐγενής*, *εὐχαιός*, *βαθυχαιός*, et fortasse etiam *βουγάιος*, in malam partem) ap. Aristoph. *Lys.* 90. 1159. *Theocr.* VII, 5, *εἴτε περ ἐσθλὸν Χαῶν τῶν ἐπάνωθεν*, cf. Schol. et *Toup.* Populus ipse *Chaonum* nomine ab Achaeis non videtur diversus, nec omnino leve, quod, quum diarchia, quam vocavi, Achaei usi fuerint (*Kretische Kolonie* p. 81), Chaones etiam duumviris ex gente regia imperium annuum, quod antea fortasse ad vitam datum fuit, commiserunt. *Thucyd.* II, 80.

14. Intellectui vocis ἀγαθός cognata est notio τῆ ἀρετῆ subjecta: quare hoc etiam verbum, quod apud Pindarum semper sensum moralem habet, a Theognide de potestate et opibus, dignitate et auctoritate usurpari non mirandum est. Hoc quoque vidit *Camerarius* ad v. 88 (30), 132 (654), ubi cf. etiam Neand. et Grot. In hunc sensum intelligendi praeterea v. 106. 499. 632. 634. 907. *Hesiod. "Erg.* 315 πλούτω δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. cf. *Iliad.* IX, 498. XX, 242. *Odyss.* XIII, 45, ubi grammatici interpretantur ὄλβον, εὐδαιμονίαν, XIV, 402 ἐὺκλείη τ' ἀρετὴ τε, *Simon.* ap. *Stob.* 117 p. 599. Πάντα γὰρ μίαν ἰκνεῖται δασπλήτα χάουβδιν, Αἰ μεγάλα τ' ἀρεταὶ καὶ ὁ πλοῦτος. Idem ap. *Theophil.* ad *Autol.* II p. 74. Οὔτις ἀνευτε θεῶν ἀρετὴν λάβεν, οὐ πόλις, οὔτις Οὐ βροτός. Apud *Eurip.* etiam *Androm.* 768 ss. ἀρετὴ spectat ad πατέρας ἀγαθούς.

15. Denique, qui τοῖς Ἀγαθοῖς sive generosis (*den Edlen*) opponuntur, κακούς non malos esse, sed vulgus, tenuiores, populum genti dominantī subditum (*die Gemeinen, Geringen*), quamvis necessario consequitur, tamen, quum hinc tot Nostri sententiae lucem exspectent, aliorum ipsum etiam scriptorum locis aliquot illustrare non taedet. Hesiodum quidem pauperes vocare δειλούς, supra annotatum est. *Iliad.* XIV, 472 οὐ μὲν μοι κακός εἶδεται, οὐδὲ κακῶν ἐξ, Ἀλλὰ κασίγνητος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο. *Odyss.* I, 411 οὐ μὲν γὰρ τι κακῶ εἰς ὧπα ἐώκει, VIII, 553 οὐ κακός, οὐδὲ μὲν ἐσθλός cf. VI, 187. XIV, 56, in quibus locis omnibus *Dammius* ignobilitatis, et in ultimo, cum Eustathio, paupertatis notionem agnoscit. *H. Stephanus* illius significationis ex solo Homero exempla se habere ait, et quidem *Odyss.* VI, 187. XIV, 56 et maxime IV, 63. Ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐστὲ Διοτρεφέων βασιλῆων Σκηπτούχων, ἐπεὶ οὐ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν. Comparat autem suae nationis usum, ex quo in tribuenda appellatione *un homme de bien* non virtus vulgo, ut olim, sed sola opulentia aut etiam solus cultus corporis elegantior spectetur. *Sophoc.* *Ant.* 38 εἴτ' εὐγενῆς πέφυκας,

εἴτ' ἐσθλῶν κακῆ. Id. *Tyron.* 11 πολλῶν δ' ἐν πολυπληθείᾳ οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλός, οὔτ' ἀχρείων ὁ λίαν κακός. *Eurip. Herc. fur.* 205 εἰ τῶν ἀρίστων τάρκρον', αὐτὸς ὢν κακός. *Heracl.* 298 ss. cum respectu ad Nostrum v. 427, ἡ εὐγένεια et κακοί sibi invicem opposita sunt. Cf. etiam not. 95. Apud Nostrum generis ordinisque κακότης tum pluribus aliis locis, tum v. 122. 528. 563. 1033 expressa est; et in hunc sensum etiam v. 329 et 337 δειλούς accipiendos esse, v. 340 prode videtur.

16. Significatione morali ista vocabula raro quidem apud Theognidem occurrunt, si exceperis locos, ubi φρένες aut ἔργα adjectum est, ut v. 117. 158. 255 cet., sed non omnino exsulant. Hactenus quoque medii aevi dicendi usus dignus est, qui conferatur. Ita igitur, quo supra duce usi sumus, *Savignyus* p. 183: *Damit soll indessen nicht geläugnet werden, dass in manchen Stellen der Ausdruck boni homines ohne alle juristische Beziehung und im buchstäblichen Sinne für gute, wohlthätige Menschen gebraucht wird.* Sic apud Xenophontem τὸ βέλτιστον saepissime quidem optimates significat, hic illic tamen etiam optimos, et saepius οἱ καλοκάγαθοί. Apud Nostrum ad animum ac vitam spectare videtur ἀρετή v. 501, ἀγαθός v. 262, ἐσθλός v. 265. 571, κακός v. 251. 257. 322. 668, δειλός v. 117. 438. 674. Aliquando huc an ad genus, cui quasi adhaeret aut virtus aut vitium, trahas, in suspenso relinques, ut v. 33. 199. 206 (et 602), 345. 565 ss. 463 (et 466) 640, etiam v. 104, ubi in justitia summam ait esse aut virtutem aut nobilitatem (sicuti e nostratibus dixit optimus vir: *Die erste Majestät auf Erden, die höchste heisst Gesetz und Recht*); quamvis mihi quidem justitia illic, quae alienis abstineat (cf. 102), generosis tribui at plebs peti videtur, a qua diuturnis illi possessionibus moti essent.

17. Optimates etiam v. 60 intelligendi videntur, a quibus Theognis puerum se doctrinam accepisse ait, quam et

ipse solis optimatium filiis, ut olim personatus Chiron, ³²⁾ tradit. ³³⁾ Praeter pietatem nihil ille magis commendat quam constantiam et dignitatem cum probitate conjunctam (561 — 70. 591. 600. 87 — 90. 101 — 4), moderationem (642), ut ἀγαθὸς καὶ μέτριος ἀνὴρ (33) notionibus intime junctis dici videatur, gravitatem, cujus quasi tessera sit τὸ μηδὲν ἄγαν σπεύδειν (631. 633), atque hanc sententiam cum Chirone Spartano eoque Senatore ³⁴⁾ Noster habet communem. Haec sunt, quae maxime deceant virum Ἀγαθόν; ex ipsa moderatione nascitur ἀρετή sive ἀξίωμα, quod divitiae non parent (632. 635. 907), et cui egregie conveniat optimatium nomen ap. *Aristot. Pol. VI, 2* (4), 3, quo honorificentiore ornari non poterant, et quo non maxima quavis aetate pars re vera digna fuit, οἱ ἐπιεικεῖς (καὶ γνώριμοι.) Alienissimos Theognis quidem v. 565 ss. optimates a rapacitate esse existimat, qua plebs ipsorum terris potita sit; et in paupertate, quid inter utrosque intersit, ait manifestum fieri. Unum restat, quo suum ordinem a plebejis distingui (493) contendit; illos, quamvis opes nunc partim nactos, αἰδρίας esse ait,

52) Heroicae sunt artes, quibus in fabulis Achilles a Chirone eruditur (*Pind. Nem. III, 75. Stat. Achill. II, 383*), unde joculariter Boettigerus *Vasengemälde III, 143 die Ritterakademie am Pelion*, neque personam omnino mutasse gnomologus Chiron, sed opus a veteris Hesiodi Operibus et Diebus in plerisque prorsus diversum condidisse existimandus est.

33) Quasi quoddam speculum equestre, *Ritterspiegel*, qui titulus est poematis MS. satis mediocris seculi 14. fine aut sequentis initio conditi. V. *Kopp's Bilder und Schriften der Vorzeit T. I.* Auctor virum splendido genere natum questum narrat de rerum statu commutato, quum pejor sua nunc sors sit, quam patris olim servorum, et iratum vehementer, quod rustici pauperis filius opes et honores nactus fuerit *umme den dienst, den er hatte getan*, numinis adeo injustitiam accusasse, quod rusticum extollat, miseros generosos, quibus opes sibi conquirere non liceat, in perniciem delabi sinat. Se autem de tam diri fati causis rogatum respondisse:

*Warum tut ir nicht
Also wir eldirn haben getan?
Der toginde uch gar ser gebricht
Und nemt uch grosse hochsart an.*

54) *Aristot. Rhet. II, 12, 14. 23, 11.*

nobiles τὰ καλὰ ζητεῖν, ingenia habere cultiora (cum quibus non pugnant v. 655 ss.) Apud *Solonem* etiam XVIII, 6 est δῆμος αἰδῆρις. Hinc nobiles dicti οἱ χαρίεντες, *politiores*, *) cum imperita multitudine, τοῖς πολλοῖς, τοῖς φορτικωτάτοις comparati. 35) Habent autem hi tales apud *Theognidem* Boni λάτρως suos (240), quos juxta δμῶας positos (ut *Odyss.* IV, 643 θῆτές τε δμῶές τε) non dubito esse rusticos seu Κακούς, agros illorum colentes. *Euripidi* (*Phrix.*) et *Athenaeo* (VI p. 264 C.) Penestae, *Soloni* (V, 47) Thetes Attici λάτρως sunt. *Dionys.* A. R. II, 9 ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι μὲν θῆτας τοὺς πελάτας ἐπὶ τῆς λατρείας. Quod ad ebrietatem cavendam poeta v. 313 juvenem nobilem κικὸν λάτρων ἐφημέριον spectare jubet, ventri servientem, Spartanorum, ut videtur, more, qui quidem admonitioni ipsum exemplum de ebriis servis sumendum adjunxisse feruntur (*Plutarch.* *Lyc.* 28), in his ἐφημέριος profecto non est mercede in diem conductus, 36) sed opponitur familiis, longa generationum serie cum heroibus diisque, Hercule, Dioscuris, aliisque copulatis, 37) fere ut hodie quodam discrimine dirimuntur et equi et homines, qui gentem habere, quique sine gente esse, familia omnino carere dicuntur. Illius nobilium tan-

*) *Plutarch.* *Sympos.* V prooem. ἐν τοῖς πότοις οἱ ἀστέιοι καὶ χαρίεντες εὐθύς μετὰ τὸ δεῖπνον εἰς τοὺς λόγους — φερόμενοι Cf. IV, 4, 1. *Athen.* I p. 1. C. γραμματικῶν οἱ χαριέστατοι.

35) De nobilium disciplina (παιδεία) et elegantia v. *Aristot.* supra §. 11. Idem *Polit.* II, 7. Οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ διὰ τὸ περὶ τὰς κτήσεις ἀνίσον, οἱ δὲ χαρίεντες περὶ τῶν τιμῶν, ἐὰν ἴσαι. cf. *Eth.* I, 13 et *Eichstaedt.* in *Comment.* 1 de *Lygdami Carmin.* *Plutarch.* *Dion.* 28 οἱ χαρίεντες καὶ γνώριμοι. *Diod.* XIX, 6 οἱ χαριέστατοι. *Aristoteles* alio loco metaphoricè τὸ εὐγενὲς ἦθος tum τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ γενναῖον, tum τὸ ἀστέιον καὶ πεπαιδευμένον καὶ ὄγκον ἔχον significare ait. *Philo* etiam *V. M.* 1 εὐγενῆ καὶ ἀστέιον ὀφθῆναι.

36) μισθὸς ἐφημέριος *Antiphil.* ep. 35.

37) Inscriptio Spartana ap. *Murat.* II, 548 ἡ πολις μ. αὐρηλιον ἀριστοκρατη δαμαινέτον ιερεα κατα γένος ἀπο ἠρακλεους μῆ (48), ἀπο διοσκουρων μδ. *Ibid.* p. 561, 2 *Mus. Veron.* p. 45 *Titus Stautilius*, *Epidaurius* περσεος καὶ διοσκουρων ἀπογονος. Ap. *Osann.* *Inscr. Syll.* p. 266 *Spartanus* sacerdos creatus *Neptuni* ἀπόγονος. *Hippocrates* Φοῖβου ἀπὸ ῥίξης ἀθανάτου γεγώς. *Anthol. Pal.* VII, 135.

quam aeternitatis sibi conscius Antinous, eminens is inter principes apud Homerum (*Odyss.* XXI, 65) exclamat:

Νήπιοι ἀγροῦται, ἐφημέρια φρονέοντες. 38)

18. Ipsum vocabulum κύρνος appellativum videtur, puel-
lum generosum significans. Quam vocem licet Macedonicae
linguae Graecae dialecto *Photius* adscribit, ex analogia tamen
Graecae, non barbarae originis esse patet; et illam dialectum
ab ipsa Dorica antiquissimis temporibus vel plane non, vel
certe parum diversam fuisse existimatur (*Sturzius Dial. Maced.
et Alexandr.* p. 27.). Jam *Photio* teste κύρνοι vocati sunt
οἱ σκοτίοι; σκοτίοι autem sunt vel nothi, λάθρα γεννηθέντες
τῶν γονέων τῆς κόρης, *Hesychius* ait, παρθένιοι ab his, κορι-
ναῖοι dicti ab aliis, vel (quod *Scholiasiae Eurip. Alc.* 992
debemus) *impuberes*. Κοῆτες δὲ τοὺς ἀνήβους σκοτίους λέ-
γουσι, id, quod hinc ortum habere conjicio, quod in ista
terra pueri, qui amatore gaudebant, κλεινοί dicebantur (*Strabone*
teste X p. 483), ut qui huic splendori nondum suc-
creverant, et σκοτίοι dici possent et simpliciter κύρνοι, siqui-
dem hoc idem erat atque κόροι. Nempe per \bar{v} ista vox effertur
quum in diminutivis κύρσιον et, quo usos *Photius* in *Lex.* ait
Lacedaemonios, κυρσάνιον, in affini κύριος, et in Atticorum
Κύρων, Κυρωνίδαί (not. 60), tum, inserto digamma, in
Κύρβας; 39) uti etiam per $\bar{\omega}$ in κῶρος et per $\bar{\sigma}$, in κοῖρα-
νος, quod significatione propius ad κόρης accedit, in κύρα-
νος autem facile transire potuisset, ut ex προῖτος, πρῶτος fit
πρότανις, ex κοῖλος, κῶλον (intestinum), Κύλων. Jam ex
κύρος fit adjectivum κυρινός, ut ex παῖς παιδινός, quod
contrahitur in κύρνος (vel potius κυρινός) ut παιδινός in
παιδινός, Μύρινα in Σμύρνη, κυδινός, ψυδινός, et pro substan-
tivo usurpatur, ut illud ipsum etiam παιδινός. Spartaē qui-

38) Cum his quod ad sensum verbi φρονεῖν conferendum *Aeschylī*
fr. 288: Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμα' ἐφήμερα φρονεῖ, καὶ πιστὸν οὐδὲν
μᾶλλον ἢ κάπνου σκία.

39) Κύρβας et κόρης v. *Trilbige Prometheus* p. 191. 202. 212.
cf. 608.

dem ephobos equestres, τοὺς ἵππεῖς, etiam παῖδας appellatos fuisse inde liquet, quod duces eorum, οἱ ἵππαγρέται, etiam παιδαγρετῶν nomine veniunt (*Ruhnk. ad Tim. v. ἵππαγο.*) Sed κόροι magis proprie dicti fuisse videntur, quo utuntur *Archytas*, ἵππαγρέται καὶ κόροι, *Critias*, οἱ Λακεδαιμονίων κόροι, ⁴⁰⁾ et *Plutarchus* etiam (*Lyc. 14*), οὐδὲν ἤτιον εἶδισε τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πομπεύειν. Hoc igitur germanam habet veri speciem κίρονος vetus esse appellativum Doriense, idque Megarae de filiis Nobilium in usu fuisse, quo a plebejorum pueris (παισίν) distinguerentur.

19. Vulgi rustici quae ante rerum conversionem conditio fuerit, num νεοπολίται sive νεοδαμώδεις ex Perioecis, civibus non optimo jure, sive subditis (ὑπηκόοις), quo nomine Cretensium Perioeci a servitio tam publico quam privato discernebantur (*Athen. VI p. 264 F*), an ex tertia quadam classe magis servili prodierint, Theognis non declarat disertius; neque liquet saltem vel aliunde, quae Megaris tribuum ratio fuerit, num tribus intelligendae sint apud *Plutarch. Qu. Gr. 17* τὸ παλαιὸν ἢ Μεγαρίδων ὠκεῖτο κατὰ κώμας, εἰς πέντε μέρη νενεμημένων τῶν πολιτῶν ἐκαλοῦντο δὲ Ἡραεῖς καὶ Πιραεῖς καὶ Μεγαρεῖς καὶ Κυνοσουρεῖς καὶ Τριποδισκαῖοι, nec ne. ⁴¹⁾ Aristoteles loco supra (§. 2) allato de Athenis loquens et Megara Pisistrati et Theagenis temporibus, duo tantum ponit, divites (gentes Doricae originis) et plebem rus colentem, δῆμον ἐπὶ τῶν ἄγρων οἰκοῦντα, ἄσχολον ὄντα πρὸς τοῖς ἔργοις. Quod pellibus amicti olim οἱ Κακοὶ rure degisse dicuntur, urbem haud minus fere quam cervi fugientes v. 19 ss. plus eorum sortem a Perioe-

40) Ille ap. *Stob. S. 41 n. 134 p. 269*; hic ap. *Athen. X p. 432 v. 15*.

41) In einer Inschrift Marm. Oxon. n. 24 finden wir — fünf Strategen, deren Zahl schliesen läßt, dafs aus jeder der fünf Abtheilungen der Bürger einer genommen war. *Tittmann. p. 374*. Spartaе quinque κώμας fuisse, Müllerus ostendit. Laconiam in sex μέρη distributam ab Eurysthene et Procle refert Ephorus ap. *Strab. VIII p. 364 D*.

cis, quam ab Helotibus Spartanorum distasse, nec absimilem fuisse Sicyoniorum servis quibusdam *κατωνακοφόροις* dictis indicio est. Catonaca (auctore *Polluce* VII, 68) ex lana fuit vestis densa, pelle juxta fimbriam assuta, qua Sicyoniorum tyranni, et in Attica Pisistratidae, homines agrestes, sed libertatis amantiores (ut *Rahnkenius* ad *Tim.* p. 214 addit), quam faex plebis urbanae esse solet, uti cogebant, ut eos urbem frequentare et vili contemptoque vestimento urbanis ludibrio esse pueret. Ita igitur et hi cervorum instar urbem fugiebant. Simillimum est, et vel eo fide dignum, quod *Myro* (ap. *Athen.* XIV p. 657 D.) narrat, Spartanos Helotibus, quibus quodlibet ignominiosum opus injungerent, hoc etiam dedecus imposuisse, ut galerum eos e pelle (*κυνῆν*) et pelles (*διφθέραν*) pro veste gestare cogerent. Quod *Müllerus* (*Dor.* II, 40) rusticum ac vetus hoc indumentorum genus esse monet, Arcadum imprimis et Boeotorum (de quibus cf. etiam *Hesiod.* "Erg. 546), verum est quidem; sed est aliquid tam singulis quam populis, galerum villosum et gestare posse et deponere; et ipse utique vir acutus aequae ac doctus p. 59 Corinthiorum *Κυνοφάλους* (ap. *Hesych.*) Helotes quosdam fuisse agnoscit. Ac horum nomen eo ignominiosius est, quod ad *τροφάλειαν* (i. e. *τροφάλειαν*)^{41*)} equinis setis ornatam alludit. Ab eodem galero, cauda canina insigni, tum *Κυνοσουρεῖς*, et ipsorum Megarensium sive tribus rustica sive pagus, et *κώμη* Spartana (*Paus.* III, 16, 6) appellati sunt, tum *Κυνούριοι*, Peloponnesiaca gens, et *Κυνοουρεῖς* Argolidis (*Paus.* III, 2, 2) ac Arcadum *Κυνοουραῖοι* (VIII, 27, 3.). Superbius et petulantius est nomen, quo Epidaurii *Θῆτας* suos appellare consueverunt, *Κονίποδες*, de opere rustico,⁴²⁾ neque admodum

41*) Quae *τροφάλεια* *Hesychio* nostro in *Φάλος*, eadem alibi deterius scripta *τροφάλη*. T. H. ad *Hesych.* I, 1418. Cf. *Trilogie Prometheus* p. 479.

42) Cf. *Wernsdorf.* ad *Plutarch. Quaest. Gr. Comm.* I p. 17. *Hesych.* *Κόνιοτρόποδες*.

humanum Atheniensium Πελάται, 43) minus utique quam Cretensium Κλάρωτης et Thessalorum Πενέστης, quamvis et haec appellatio *Dionysio* (II, 9) ignominiosa videtur. Ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι μὲν Θήτας τοὺς πελάτας, ἐπὶ τῆς λατρείας, Θετταλοὶ δὲ Πενέστας, ὀνειδίζοντες αὐτοῖς ἐν τῇ κλήσει τὴν τύχην. Sicyoniorum rustici etiam Κορνηφόροι appellati sunt, Argivorum servi Γυμνήσιοι, utrique, quod armis eis uti non liceret, 44) virorum decore. Ad armorum usum, quo nobiles gloriarentur, proxime spectare videtur Hybriac Cretensis scolion: illo se δεσπότην μνωῖας esse gaudet poeta. Servis enim sive Μνωῖταις, quum reliqua omnia concessa essent, armorum possessione et gymnasiis interdictum erat. 45) Hinc Theognis etiam novis hominibus per anarchiae tempus opes nactis αἰχμητὴν opponit v. 500, nobilem puta, 46) cuius indelebilis sit dignitas (ἀρετή). Eundem non dubito v. 842. 843, (δούλιον, δουλείη κεφαλὴ) tecte plebem carpere.

20. Rei publicae Megaris rusticae tribus, quantum quidem ex Theognide confici potest, antequam statum popula-

43) βοηλάται. V. not. 16. Πελάται restituendi sunt Stephano B. v. Χίος. Οὔτοι δὲ πρῶτοι ἐχρήσαντο θεράπουσιν ὡς Λακεδαιμόνιοι τοῖς Ἑλλῶσι καὶ Ἀργεῖοι τοῖς Γυμνήσιοις καὶ Σικωνῖοι τοῖς Κορνηφόροις καὶ Ἰταλιῶται τοῖς Πελασγοῖς leg. Πελάταις. Apud Cic. Fin. II, 4 pro falso de Pelasgis (Meinek. ad Euphor. p. 142) Goerenzias et Schützius ex Cod. Eliensi revocarunt de pagis. Dionys. II, 10 Romanorum, X, 14 Sabinorum clientes πελάτας, non proprie vocat, ut Tyrrenorum IX, 5 πενέστας. Ita etiam Plutarch. Sympos. III, 2, 2 Βοιωτίου θεοῦ πελάτης καὶ παράσιτος.

44) Müller. Dor. II, 55 ss.

45) Aristot. Pol. II, 2, 12. Id. de Milesiis II, 5, 5 — οἱ μὲν γεωργοὶ οὐκ ἔχοντες ὅπλα, οἱ δὲ τεχνῖται οὔτε γῆν οὔτε ὅπλα· ὥστε γίνονται σχεδὸν δούλοι τῶν τὰ ὅπλα κεκτημένων. Et IV, 3, 1 Καὶ τῶν εὐπόρων δὲ καὶ τῶν ἀπόρων τὸ μὲν ὀπλιτικόν, τὸ δὲ ἀοπλον.

46) Eadem vis esse videtur vocis αἰχμητῆς ap. Simon. Anthol. Pal. VII, 514 πατὴρ δὲ κλεοννὸν Διφίλου αἰχμητῆς υἱὸς ἔθηκ' ὄνομα, et ap. Pind. etiam Ol. IX, 80 χαλκάσπιδες non tam bellicam priscorum Locrorum gloriam spectat, quam gentis nobilitatem, de qua ipsa illic sermo est. Ita saepissime ex adjuncto altero adjectivo alterius pendet intellectus, ut Charondae loco infra p. 3. adscripto οἱ προκεκριμένοι ἄνδρες ἀγαθοὶ non sunt probi, sed nobiles. Cum fastu ap. Tyrst. IV, 3 nobiles dicuntur αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες, ruricolae (VI, 1) omnis proventus dimidium solvere coacti contumeliose ὡς περ ὄνοι μεγάλοις ἄχθεσι τειρόμενοι.

rem usurpaverant, participes omnino non fuerunt, et a civium tam syssitiis quam connubiis prohibiti. Syssitiorum vetus institutum et lex in iis observanda, quam etiam Spartani sibi statuisse feruntur, 47) v. 269, et ilapinae sive epulae deorum κατ' ἴλας v. 751., 867 48) memorantur. Syssitia etiam Müllerus (II, 55) concedit in Dorum civitatibus populò sive rusticae plebi non patuisse, cujus erat dona dominis suppeditare, unde syssitia appararentur. 49) Quod ad connubia attinet, Tüttmannus (*Griech. Staatsverfass.* p. 635) si Theognidis memor fuisset, gravissimi ad hanc rem auctoris, aliter, opinor, de iis disputasset. In Doriensibus certe civitatibus, in quibus ἀκρατος καὶ Δωρικὴ ἀριστοκρατία esset (not. 5), tum in Attica antiquiore et in aliis pluribus, ubi populi diversi conjunctim viverent, non promiscua illa, sed lege diremta plerumque fuisse censenda sunt, et est ea res inter illas, quae, quum quasi complementum cum momentis notis ac gravibus cohaereant, vel sine scriptoris antiqui testimonio statuendae sunt. Sami quod plebs Geomoris exactis, ne connubia sibi cum istis, quibus nihil omnino

47) Animadvertit hanc convenientiam etiam Müller. II, 273. Noster πάντα δὲ μιν λήθειν ὡς ἀπέοντα δοκεῖ. Spartani: Ἀπὸ τῆς θύρας ταύτης λόγος οὐκ ἐξέρχεται, Schol. Plat. Leg. I p. 568 D. p. 225 Ruhnk. (*Eurip. Or.* 213 μισῶ μνημόνα συμπότιαν cf. *Plutarch. fragm.* XXII, 4.). Porro Noster εἰς δὲ φέροι τὰ γελοῖα; de Spartanis Critias ad v. 505 in ima pagina exscriptus: εἰς δὲ φιλοφροσύνην γλῶτταν μέτριόν τε γέλωτα κ. τ. λ. *Plutarch. Lyc.* 12. Εἰς δὲ τὰ συσβίτια καὶ παιδες ἐφοίτων ὡς περ εἰς διδασκαλεῖα σωφροσύνης ἀγόμενοι καὶ λόγων ἠκροῶντο πολιτικῶν καὶ παιδευτὰς ἐλευθερίας ἐώρων, αὐτοῖ τε παίζειν εἰθίζοντο καὶ σκώπτειν ἀνευ βωμολοχίας καὶ σκωπτόμενοι μὴ δυσχεραίνειν. Cf. *Symposiac.* II, 1, 4.

48) *Pind. Nem.* V, 68. ὃς Αἰγάθεν ποτὶ κλειτὰν θαμὰ νίσσεται Ἰσθμον Δωρίαν· ἔνθα μιν εὐφρονες ἴλαι σὺν καλάμοιο βοᾷ θεὸν δέκονται. Ubi εἰλαπίνην in honorem dei, sive θεοδαΐδια, δαῖτα θεοῦ θαλεῖην intelligo, ut *Pyth.* X, 64, consentiens fere cum *Dissenno* meo p. 599 ita judicante: *Vide igitur an praestet intelligere sacrificia et cantus, quibus ineunte solemnitate ludorum deum venientem exciperent et venerarentur ποππᾶε templum adeuntes.*

49) *Aristot. Pol.* II, 7 (8), 4. Quod apud Cretenses Perioeci tributa in commune penderent, unde pars convivii publicis instruendis adhiberetur, Sparta civium quisque quantum praescriptum erat ad illa contribueret, quum singuli ex Perioecis singulis edulia exigerent (testimonia scriptorum collegit *Hüllmann. Staatsrecht* p. 37 not. 5), in eo leve est discrimen.

humanum Atheniensium Πελάται, 43) rege constituit.
 Cretensium Κλάρωτης et Thessalorum ... nebs contume-
 haec appellatio Dionysio (II, 9) igno ... a sanguinem
 λουν δὲ Ἀθηναῖοι μὲν Θῆτας τοὺς π ... declarassent. 50)
 Θεσσαλοὶ δὲ Πενέστας, ὀνειδίζοντες ... (qui quidem
 τύχη. Sicyoniorum rustici etiam ... senatum co-
 sunt, Argivorum servi Γυμνί ... crudelitatem-
 uti non liceret, 44) virorum ... Mariandynos,
 quo nobiles gloriarentur, ... manumisit, et
 Cretensis scolion: illo se ... deesset, uxores
 Servis enim sive Μνωίται ... proposita recusant
 sent, armorum possessi ... filios et dominis
 Hinc Theognis etiam ... se ante nu-
 opes nactis αἰχμητῶν ... novis maritis,
 jus indelebilis sit ... (XII 47) Dionysius
 v. 842. 843, (δο ... nubere coe-
 20. Rei pu ... est quod
 dem ex Theog ... Tyrrenos inter

43) βον
 v. Χίον
 τοῖς Π
 φόροι
 II, 4
 zius
 10 i
 vo
 II

... Tyrrenos inter
 ... a magistrati-
 ... eadem civitatis
 ... Thes. 13. Civi-
 ... apud Livium
 ... disjunctis
 ... cum patri-
 ... sanctam esse. 51)
 ... v. 27;
 ... v. 738, duo
 ... populus et
 ... sit, οὐτ'

... Hellen. Staats-
 ... Die Geschlechter, in
 ... durch gegen-
 ... auszuschneiden und in
 ... interpretatur. Alia con-
 ... p. 32.
 ... II, 166 s.

Demetrius 1^o ...

creta. ...

se ...

de unius ...

les ...

hol. Pa. ...

Ex ...

et *Atheni* ...

historiam ...

ostendunt. ...

ponendum ...

Atheniensis civitatis ...

quissimum ...

scriptor vixit, et ...

hauriri possunt. ...

seriem certam et ...

51*) *C. Aristot.* p. ...
Plutarch. Sympos. ...
Isidorus ...

juris in civitate relinquebatur, intervenirent, lege constituit, nihil aliud nisi talionem fuisse conjicio, qua plebs contumeliam optimatum ulcisceretur, qui suum antea sanguinem necessitudinibus cum illa pollui cum fastu declarassent. 50) Heracleae Ponticae Clearchus tyrannide potitus (qui quidem *Justino XVI, 5* teste *grassantem in populum senatum* coram illo ipso, et *pristinam senatus saevitiam crudelitatemque* fortasse non prorsus de nihilo accusabat) Mariandynos, servos optimatum (i. e. rusticos cf. not. 16), manumisit, et *ne quid mali afflictis honestissimis domibus deesset, uxores eorum filiasque nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compulit; ut eos sibi fidiore et dominis infestiores redderet.* — *Sed matronae multae se ante nuptias, multae in ipsis nuptiis, occisis prius novis maritis, interficiunt.* Ita secundum *Ael. V. H. (XII, 47)* Dionysius Dionis uxorem satelliti cuidam suo (*δορυφόρου*) nubere coegit. Acceptum etiam et gratum in penuria exemplorum est quod *Plutarchus (de mul. virt. Τυρρῶνων.)* narrat, Tyrrenos inter Spartiatis civitatis et connubiorum participes, a magistratibus autem et senatu exclusos fuisse. Inter ejusdem civitatis demos *ἐπιγαμίαν* sublatam legimus *Plutarch. Thes. 13.* Civitatem plus esse quam connubia C. Canulejus ait apud *Livium (IV 2)*, et *Cicero (de rep. II, 37)*, *etiam quae disjunctis populis tribui soleant, connubia, haec ut ne plebi cum patribus essent, inhumanissima lege a Decemviris sancitum esse.* 51)

21. Haec olim Megaris. Post omnia mutata, v. 27; connubia sunt mista, *ἀναδασμόν* factum innuit v. 738, duo quodammodo sunt, quibus civitas continetur, populus et demagogi, inter quos mediam viam tenere optimum sit, οὐτ'

50) *Thucyd. VIII, 21.* Quo si solo teste *Kortüm Hellen. Staatsverfass. p. 101*, quasi pro certo affirmat: Die Geschlechter, in Samos Geomoren, — wußten auch das Volk von dem durch gegenseitige Ehen verschwägerten Kaufmannsadel auszuscheiden und in ehrerbietiger Stellung zu halten: non recte interpretatur. Alia conjicit *Poppo in Prolegom. ad Thucyd. P. II p. 52.*

51) *De Romanis v. Niebuhr. Hist. Rom. II, 166 s.*

ἐπὶ δῆμῳ τρέψαντα, οὐτ' ἀδίκῳ ἀνδράσι πειθόμενον v. 693, cf. 676. 681. Injusti viri populum corrumpunt v. 709, variisque artibus irretiunt v. 893, consilio carentem (κενεοφρόνα 695. 717), quasi cupidum imperii (φιλοδέσποτον 719) et quavis vi dignum. Nobiles nunc pauperes negotia gerunt, quo victum quaerant v. 537. 344. Quam immanis res gentibus jure aliquo natalium praecipuo praeditis visa fuerit oporteat, quum ad popularem statum res publica temperari coepisset, ejus ad infimos e plebe homines transiens administratio, ex dictis quoque aliquot paulo senioris aetatis aestimandum. Quum enim Lacedaemonii Hermonem, qui cum Lysandro ducentas triremes ceperat, ad Megarenses missent, ut in numerum civium eum adsciscerent, flagitantes, tum se id facturos responderunt, si Spartiatam ipsi eum creassent, tam digne suo statu superbientes, ut praedicat *Demosthenes*. 51*) Iidem Alexandro regi jure civitatis decreto, quum illum rem parum curare accepissent, nemini se nisi Herculi istum honorem indulsisse dixerunt (*Plutarch. de unius domin.* 2 p. 826 C.). Etiam inscriptiones sepulcrales quaedam Megarenses generis claritudinem extollunt, *Anhol. Pal. Epitymb.* n. 337 εὐγενίην ἐρατήν, *Append.* n. 163 Ἐκ γενεῆς περιβωτον ἀπ' ἀνθυπάτων καὶ ἐπάρχων Πλούταρχον), et *Addend.* p. XCV (γένος ἐσθλὸν — εὖ γεινόμενοι.).

22. Quae ex Theognide delibavimus, non minus ei ad historicam rationem pretium esse, quam ad ethicam poesin ostendunt. Et in praecipua hoc et mira quadam ejus laude ponendum videtur, quod, post Solonis elegiam perditum Atheniensis civitatis statum depingentem, primum et antiquissimum poesidis ejus opus est, ex quo res ejusdem, quo scriptor vixit, et temporis et loci tanquam ex limpido fonte hauriri possint. Quamquam enim fragmenta ejus factorum seriem certam et distinctam non exhibeant, universe tamen

51*) *C. Aristocr.* p. 691 R. οὕτως εὖ τὰ παρ' αὐτοῖς σεμνύοντες. Ita ap. *Plutarch. Sympos.* V, 3, 2 Corinthii καλαῖον σεμνύοντων Ἰσθμίων σεμνύοντες.

Megarensis rei publicae faciem, post legum omnium dissolu-
 tionem, possessiones, magistratus et sacerdotia a nobilibus
 ad plebem delapsa, rerum statum ita conversum, ut qui
 antea domini fuerant, nunc plebis loco essent (τ. 13. 27. 883),
 tam luculenter adumbrant, ut melius eam, quam ullius alius
 formam et conditionem, per obscurum illud tempus, quod
 eorum scriptores nondum viderat, perspectam habere possi-
 mus. Aliud accedit, quo Theognis inter poetas Graecos
 prope singularis est. Quamvis enim singulis plurima insunt
 ex civitatis, in qua vixerunt, et aetatis rationibus, et ex
 ipsorum etiam vita satisque pendentia, quod aliter fieri ne-
 quit, nullus tamen eorum, qui servati sunt, quaestioni locum
 dedit, nisi quid in ejus dictis inveniat, quo civium clas-
 sis, in qua natus sit, opiniones ac decreta quaedam pecu-
 liaria sese prodant ac priva. In reliquis legendis in poeticam
 tantummodo facultatem aut mentem philosopham intenti su-
 mus, civis obliti status; Theognidi auscultantes, civem
 historicum et generosum loqui nunquam obliviscimur. Qui
 hanc civitatem ad hanc ita comparatam esse secum reputaverit,
 ut hanc civitatis constitutio diversissimis quamvis tempori-
 bus civitatum esse videret in hominum ingenia, mores et affectus
 excusat, non mirabitur, si Theognidem perscrutanti in me-
 moriam suam recedat, quae Anglorum et Francogallorum
 vires antiquas, post discordias civiles conversionesque rei
 publicae de legibus ac temporibus conquestos legerit, dum
 privilegia ac prerogativas tanquam jura sacrosancta vindica-
 rent. Sed haec facilius percipiuntur, quam demonstra-
 tur, et quibus maximo discrimen illud in singulis manifeste-
 tur, cuiusque pro sua et hominum in totum historiaeque et
 Theognidis cognitione persequendum erit. Interdum caven-
 dum est ne alienum dictum in errorem nos inducat, quasi
 illius quaedam gramma, quum confinis tantum sit, idem pro-
 prius exprimat. Ut quod Solon dixisse fertur (*Herodot.* I, 32)
 τὸν πλοῦσιον ἐπιθυμίην ἐπιτέλει καὶ ἀτὴν μετ' αὐτὸν προσ-
 ησσοῦσιν ἐνάσαι δυνατώτερον εἶναι, cum Nostri τ. 527. com-

rare quidem licet, at κακότης illic, quod sequentia demonstrant et v. 563, non infortunium est, sed obscurae originis onus. Non in iis maxime locis fastidium quoddam cum generosa stirpe conjunctum animadvertere nobis videtur, in quibus de irreverentia (ἀναιδείη) plebejorum (erga nobiles) poeta queritur (v. 29 cf. 643); vel (v. 211) generosos quidem vituperari ait ab his, laudari ab illis, ignobiles autem neminem curare; fere ut Cicero (Vat. 5): *Nobilium hominum vitia innotescunt omnibus, pauperum teguntur obscuritate*; vel novos homines conviciatur et irridet, ut quum bajulos vocat v. 739, φορτηγοὶ δ' ἄρχουσι, κακοὶ δ' ἀγαθῶν καθύπερθευ, quos alibi (v. 705, ut *Solon XV, 7*) δήμου ἡγεμόνας, et ἀδίκους ἄνδρας (694), quum credendum sit, rerum admiustrandarum consuetudinem illos nondum nactos et moderatione destitutos fuisse; neque hoc moramur, quod v. 707, nullam unquam civitatem paucorum dominatu perditam esse contendit, quae Doriensium communis persuasio fuisse videtur, plebejos autem rei publicae administrandae omnino inhabiles esse v. 23; sed illam admiramur ingenuitatem, qua v. 529 opes ait par esse ut a nobilibus possideantur, aegre iis carentibus v. 531, paupertatem autem ferre plebejo homini apte convenire (σύμφορον εἶναι), qui quum dives factus fuerit (563), plebejam insaniam reprimere non possit. In gnomis ad Polypaedam v. 885 invisos homines se invicem decipere ait et ridere, neque eo animo jam nunc vivere, quo plebejum deceat, neque tamen nobiles induisse, οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότας, οὔτ' ἀγαθῶν. Vereor adeo, ne v. 343 et 347 de plebejis cogitandum sit, quibus nobiles ne in itinere quidem negotiandi caussa suscepto comites se adjungere, cum quibus consilia consociare vetentur. Quod si talis erga populum mens plurimorum e principibus et antea fuit, Canulejus aliquis inter Megarenses ortus iisdem fere, quibus Romanus apud *Livium* (IV, 4) uti potuisset: *Cur non sancitis ne vicinus patricio sit plebejus? ne eodem itinere eat? ne idem convivium ineat? ne in foro eodem consistat?*

23. Sed ejusmodi accusationibus Canulejorum, quales Megaris quoque libertatis atque humanitatis vindices sine dubio extiterunt, non immoramur, ne Theognidem ipsi accusare videamur, quod ut facere velimus multum abest. Nullo aevo jugum victis per majorum vim et injustitiam infligatum demere nepotes prompti fuerunt; nec posset quidem ut plurimum, si tantum unquam juris et aequi inter homines polle-ret conscientia (quam si qui simulant, non ideo verae ju-stitiae reapse statim satisfaciunt), non posset semper et ubi-que sera posteritas, sine nova injustitia et novorum motuum periculo damna totis hominum classibus communia reparare et resarcire. Quo jure optimates sui ab omni memoria po-pulo imperavissent, et num praeter potentium jura omnino extet jus aliquod et ἀνθρώπινον δίκαιον, de eo Theognidem ne cogitasse quidem credere licet; neque constat, num Me-garis novae principum injuriae, ut erat id hominum genus in Graecis civitatibus saepe primum ad cupiditatem et in-justitiam, totius rei publicae commutationem proxime prae-cesserint, quibus ille secum reputandis odium mitigare potuisset, an, vel per pecuniae copiam mercatura partam, vel per auctam paulatim ac postremo non ultra tolera-bilem nec ferendam rei familiaris inaequalitatem, et vici-norum etiam exemplum hi sint orti motus, qui civitatem everterent. Quare iniquius ne sentiamus de homine totam fere vitam per procellarum civilium furorem jactato, per victricis, duriter antea et injuste habitae, factionis vim paternis bonis fraudati, si injuriae, quam expertus esset, sensu gravissime motus de ipsa numinis justitia desperet, tam injustae ac dirae factioni non resistantis (v. 143. 149. 189) 52)

52) Pari animi aegritudine incitatus et injuriae acceptae sensu quasi percussus *Ulricus ab Hutten* in eandem se effundit querelam, in distichis, quae in *Invectivarum in tyrannum* titulo leguntur Oper. T. II p. 5:

Crede mihi, non sunt meritis sua praemia, casu
volvitur: haud malus est, cui mala proveniunt.

Sis miser et nulli miserabilis, omnia quisquis
a diis pro merito cuique venire putas.

Cf. etiam not. 53.

neque in cive Doriensi, summo fortasse loco nato, Bonorum honestatem atque gravitatem admirabiliter adumbrante Socraticam desideremus *καλοκάγαθίαν*.

24. Quantum jam Theognidis temporibus in familiarum vetustate et claritate aestimanda inter Dorienses poetas et Ionicos Atticosque, rebus pridem ex censu constitutis, interfuerit, vel sola *Phocylidis* sententia ostendere possit:

*Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· τί πλέον γένος εἰ γαῖες εἶμι,
οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἔπεται χάρις, οὔτ' ἐν βούλῃ;*

Sed ad centum annos ante, quo tempore principum orationum ab heroibus diisve res magni momenti etiam nunc fuit fortasse fide omnino caruit, 53) *Archilochus* avorum avorumque (τῶν πάππων καὶ προπάππων) affectationem in fabula de simia et vulpe de nobilitate certantibus risisse videtur, siquidem probabilis est conjectura *Huschlii*, et (Fr. 68) expressam esse fabulam Aesopeam *Cicero* a *Schneidero* editi nr. 14. 54) Non obstabat quidem *Erasmus* vel popolare regimen vel ostracismus adeo, per quem *Hieronymus* cliti amicum cives urbe ejecerunt, eoque summam *Callimachus* philosopho moverunt indignationem, 55) haec enim *Basiliidae*, quo minus *Basilidae*, purpurae regiae et sacerdotio *Cereris* et proedria ornati, veterem ritatem conservarent. 56) Sed mutata tamen

53) *Callin.* v. 12:

*Οὐ γὰρ κως θάνατόν γε φουγίην ἀμαρτανήν εἶσι
ἄνδρ', οὐδ' ἦν προγόνων ἢ γένος ἀδραστεῖων.*

54) *Babr.* ap. *Suid.* Πιθήκος.

*Κερδοὶ πίθηκος φησὶν, ἣν ὄρεας ἐτίμω
ἔμοι πατρώῃ τ' ἐβίη κατὶ παππῶν.*

Libertorum servorumque monumenta ex *Romanorum* *libertorum* substituit enarrator iste.

55) *Heraclit.* fr. 46 *Schleiermach.* Per *Heraclitum* id egisse, ut in *Hermodorum* exitum *καλοῦσθαι* ex ratione, qua usi sunt: *ἡμῶν μὲν εἰς οὐρανὸν οὐδὲν τοιοῦτος, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων*, cum *πρῶτον* institutum viguisse legamus. *Schol. Aristot.* *Ἐπιτ.* vor. *Ὀστρακίνα*.

56) *Strab.* XIV, 1, 5 p. 655.

23. Sed ejusmodi accusationibus Canulejorum, quales Megaris quoque libertatis atque humanitatis vindices sine dubio extiterunt, non immoramur, ne Theognidem ipsi accusare videamur, quod ut facere velimus multum abest. Nullo aevo jugum victis per majorum vim et injustitiam infligatum demere nepotes prompti fuerunt; nec posset quidem ut plurimum, si tantum unquam juris et aequi inter homines polle-ret conscientia (quam si qui simulant, non ideo verae ju-stitiae reapse statim satisfaciunt), non posset semper et ubi-que sera posteritas, sine nova injustitia et novorum motuum periculo damna totis hominum classibus communia reparare et resarcire. Quo jure optimates sui ab omni memoria po-pulo imperavissent, et num praeter potentium jura omnino extet jus aliquod et ἀνθρώπινον δίκαιον, de eo Theognidem ne cogitasse quidem credere licet; neque constat, num Me-garis novae principum injuriae, ut erat id hominum genus in Graecis civitatibus saepe primum ad cupiditatem et in-justitiam, totius rei publicae commutationem proxime prae-cesserint, quibus ille secum reputandis odium mitigare potuisset, an, vel per pecuniae copiam mercatura partam, vel per auctam paulatim ac postremo non ultra tolera-bilem nec ferendam rei familiaris inaequalitatem, et vici-norum etiam exemplum hi sint orti motus, qui civitatem everterent. Quare iniquius ne sentiamus de homine totam fere vitam per procellarum civilium furorem jactato, per victricis, duriter antea et injuste habitae, factionis vim paternis bonis fraudati, si injuriae, quam expertus esset, sensu gravissime motus de ipsa numinis justitia desperet, tam injustae ac dirae factioni non resistentis (v. 143. 149. 189) 52)

52) Pari animi aegritudine incitatus et injuriae acceptae sensu quasi percussus *Ulricus ab Hutten* in eandem se effundit querelam, in distichis, quae in *Invectivarum in tyrannum* titulo leguntur Oper. T. II p. 5:

Crede mihi, non sunt meritis sua praemia, casu
volvitur: haud malus est, cui mala proveniunt.

Sis miser et nulli miserabilis, omnia quisquis
a diis pro merito cuique venire putas.

Cf. etiam not. 53.

neque in cive Doriensi, summo fortasse loco nato, Bonorum honestatem atque gravitatem admirabiliter adumbrante Socraticam desideremus *καλοκαγαθίαν*.

24. Quantum jam Theognidis temporibus in familiarum vetustate et claritate aestimanda inter Dorienses poetas et Ionicos Atticosque, rebus pridem ex censu constitutis, interfuerit, vel sola *Phocylidis* sententia ostendere possit:

*Καὶ τὸδε Φωκυλίδεω· τί πλέον γένος εὐγενές εἶναι,
οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἔπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βούλῃ;*

Sed ad centum annos ante, quo tempore principum origo ab heroibus diisve res magni momenti etiam nunc fuit nec fortasse fide omnino caruit, 53) *Archilochus* avorum atavorumque (*τῶν πάππων καὶ προπάππων*) affectationem in fabula de simia et vulpe de nobilitate certantibus risisse videtur, siquidem probabilis est conjectura Huschkü, ex illo (Fr. 68) expressam esse fabulam Aesopeam Codicis Aug. a Schneidero editi nr. 14. 54) Non obstabat quidem Ephesi vel popolare regimen vel ostracismus adeo, per quem Heracliti amicum cives urbe ejecerunt, eoque summam divino philosopho moverunt indignationem, 55) haec non obstabant, quo minus Basilidae, purpurae regiae et sceptri insignibus, sacerdotio Cereris et proedria ornati, veterem nominis claritatem conservarent. 56) Sed mutata tamen multo magis in

53) *Callin.* v. 12:

*Οὐ γὰρ κως θανάτων γε φυγεῖν εἰμαρμένον ἔστιν
ἄνδρ', οὐδ' ἦν προγόνων ἢ γένος ἀθανάτων.*

54) *Babr.* ap. *Suid.* Πιθηκος.

*Ἡεροδοῖ πιθηκος φησὶν, ἦν ὄρας στήλην
ἐμοὶ πατρώη τ' ἐστὶ κατὶ παπώη.*

Libertorum servorumque monumenta ex Romanorum moribus desumpta substituit enarrator iste.

55) *Heraclit.* fr. 46 Schleiermach. Per ostracismum Ephesios id egisse, ut in Hermodorum exilium statuerent, conicere licebit ex ratione, qua usi sunt: *ἡμέων μηδὲ εἰς ὀνήϊστος ἔστω· εἰ δὲ τις τοιοῦτος, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων*, cum praesertim etiam Mileti illud institutum viguisse legamus. *Schol. Aristoph. Equ.* 365 (351) *Phavor.* - *Ὀστρακίνδα*.

56) *Strab.* XIV, 1, 3 p. 655.

istis partibus, quam in Dorum civitatibus, erat rerum facies ab illo tempore, quo hi ipsi Basilidae fere soli rem publicam occupaverant, sicuti Erythris quoque antiquis temporibus haec gens oligarchia moderata civitatem tenuerat, 57) quo Apollonia ad mare Ionium apud eos solos, qui nobilitate praestabant (τοὺς διαφέροντας κατ' εὐγένειαν) quique primi coloniam occuparant, magistratus fuerant, reliquorum multitudine in servilem conditionem depressa, 58) et in Chio paucorum dominatus crudus ac saevus, dominorum in servos imperii similis obtinuerat. 59) Quod ad Athenas attinet, scolium (24) in Alcmaeonidarum cladem, in quo illi celebrantur ut εὐπατρίδαι, οἳ τότε ἔδειξαν, οἶων πατέρων ἔσαν, non diu post Pisistratidarum aevum factum fuerit. Et *Eupolis* (ap. *Stob.* S. XLI, 9 p. 240) antehac (ante Periclis, optimatibus infensi, imperium) duces exercituum Athenis fuisse ait ἐκ τῶν μεγιστῶν οἰκιστῶν, πλούτῳ γένει τε πρώτους. Inprimis nobilitas sacerdotalibus honoribus hereditariis (ιεροσύναις πατρίαις) conspicua fuit. Ut *Ἰθαγενῶν γένεα* memorantur *Lycomidæ*, *Κήρυκες* (ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἐρμοῦ), *Thaulonidae*, *Hesychidae*, *Κονειδεῖς*, a *Conide* seu *Connida*, *Thesei* praeceptore, orti, cui sacra erant instituta, tum porro *Αἰγαιοτόμοι*, et hi quidem omnes ab *Hesychio* h. h. v. v. proferuntur; haud minus autem *Ἰθαγενεῖς* erant aliae gentes sacrae, *Κορωνίδαι* et *Κροκωνίδαι*, 60) *Butadae* et *Eteobutadae*, *Buzyges*, *Eumolpidae*, *Poemaenidae*, *Phillidae*. Lyricorum poetarum plurimos nobilitatis praecones fuisse personatus *Plutarchus de Nobil.* 2 observat. *Ποσάκις παρὰ Σιμωνίδῃ, Πινδάρῳ* (cf. c. 20), *Ἀλκαίῳ, Ἰβύκῳ, Σπτησιγόρῳ ἢ εὐγένεια ἐν λόγῳ*

57) *Aristot. Pol.* V, 5, 4. Thales Milesius *Ἰθαγενῆς καὶ γένους λαμπροῦ* fuisse dicitur *Diog. L.* I, 32.

58) *Aristot. Pol.* IV, 3, 8.

59) *Id.* V, 5, 11.

60) *Ruhnken. H. Cr. orat. Gr.* p. 153 Reisk. Add. *Phot.* v. *Κυρωνίδαι*, *Bekkeri Anecd.* p. 273. *Paus.* I, 38, 2. *Κυρωνίδαι*, ἀπὸ τοῦ Κύρωνος, non magis mutandum, quam *Κοιρωνίδαι*. Illam pronuntiationem vocis *κόρος* habemus etiam in *Κύρνος*, hanc in *κοίρανος*.

καὶ τιμῆς μέρει ἐστί; Sed evidentissimum hac etiam in re discrimen inter celeberrimas duas Graecorum nationes in philosophia comparet. Quum enim ethica scientia ad Pythagoram Socratemque auctores revocetur, ⁶¹⁾ ex hujus disciplina pendet Cynicorum secta, res civiles omnino et ordinum in civitate discrimina despiciens, ^{61*)} Pythagoram tanquam deum aliquem reveriti sunt optumates, qui Crotone aliisque per Magnam Graeciam civitatibus cum disciplina moribusque ex Dorica praesertim antiquitate petitis paucorum dominatum, ad quæm istius gentis animus quam maxime vergebat, utcunque conflarunt. Quæ quidem factiones quamvis avitum nomen philosopha ratione et Pythagorea virtute quasi denuo nobilitare propositum habuerint, at non magis tamen, quam alia quæque coitio vel solo natalium privilegio vel alia re quacunque praevalens impotentiam et injustitiam semper defendere poterant; certe qui per hanc virtutem civium jure fere excludebantur, ipsius exsuperantiae haud immerito infensi fuerunt. Quam enim Cicero (*Leg. I*, 12) admiratur, lex Pythagoreorum, τὰ τῶν φίλων κοινά, καὶ φίλων ἰσότητι, ⁶²⁾ ea cum inhumanitate erga reliquos conjuncta erat, ad trecenos, Crotone quidem, viros spectans,

61) *Aristot. Eth. magn. I, 1* (cf. 2) *Metaph. XII, 4* cf. *Schleiermacher de Heraclito* p. 354. Cicero quidem *Tusc. V, 3, 4* Socrati soli, *principi illi philosophiae* (V, 16), hoc tribuit, ut *philosophiam de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere coegerit*, quum Pythagoras, *ceteris omnibus posthabitis, rerum naturam studiose intuitus sit*.

61*) Cf. not. 122. Non forte casuque ap. *Lucian. Vitar. Auct.* juxta Pythagoram collocatus est Diogenes, qui quidem παντάπασιν ἐλεύθερος illic dicitur, et ἐλευθερώτης τῶν ἀνθρώπων, τοῦ κόσμου πολίτης, ἀληθείας καὶ παρόρησίας προφήτης, γάμου (ἀμελήσας) καὶ παιδῶν καὶ πατρῶος.

62) Timaeus ap. *Diog. L. VIII, 10* ἰσότης φιλότης. *Aristot. Eth. X, 8*. Ita haec convenienter ad locum suppleri, dubitare non debuerat Davisius; nec potest substitui, quod novissimus editor putat, φίλος ἄλλος ἐγώ aut μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασι φίλια, quum Ciceronis verba cum sint cuncta paria Graeca manifesto repetant. *Benevolentiam tam late longèque diffusam* (ut cuncta paria sint) *quum vir sapiens in aliquem pari virtute praeditum contulerit, tum illud effici ait Cicero, ut nihilo sese plus, quam alterum diligat;*

istis partibus, quam in Dorum civitatibus, erat rerum facis ab illo tempore, quo hi ipsi Basilidae fere soli rem publica occupaverant, sicuti Erythris quoque antiquis temporibus haec gens oligarchia moderata civitatem tenuerat, 57) qui Apollonia ad mare Ionium apud eos solos, qui nobilitas praestabant (τοὺς διαφέροντας καὶ εὐγένειαν) quique primae coloniam occuparant, magistratus fuerant, reliquorum multitudinem in servilem conditionem depressa, 58) et in Chio paucorum dominatus crudus ac saevus, dominorum in servos imperii similis obtinuerat. 59) Quod ad Athenas attinet, scolium (24) in Alcmaeonidarum cladem, in quo illi celebrantur ut εὐπατριῖται, οἱ τότε ἔδειξαν, οἷον πατέρων ἔσαν non diu post Pisistratidarum aevum factum fuerit. Et *Eupolis* (ap. *Stob.* S. XLI, 9 p. 240) antehac (ante *Periclis* optimatibus infensi, imperium) duces exercituum Athenis fuisse ait ἐκ τῶν μεγιστῶν οἰκιστῶν, πλούτῳ γένει τε πρώτους. Inprimis nobilitas sacerdotalibus honoribus hereditariis (ιεροσύναις πατρίαις) conspicua fuit. Ut *Ιθαγενῶν γένεα* memorantur *Lycomidae*, *Κήρυκες* (ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἐρμού), *Thaulonidae*, *Hesychidae*, *Κονειδεῖς*, a *Conide* seu *Connida*, *Thesei* praeceptore, orti, cui sacra erant instituta, tum porro *Αἰγαιοτόμοι*, et hi quidem omnes ab *Hesychio* h. h. v. v. proferuntur; haud minus autem *Ιθαγενεῖς* erant aliae gentes sacrae, *Κορωνίδαί* et *Κροκωνίδαί*, 60) *Butadae* et *Eteobutadae*, *Buzyges*, *Eumolpidae*, *Poemaenidae*, *Phillidae*. Lyricorum poetarum plurimos nobilitatis praecones fuisse personatus *Plutarchus de Nobil.* 2 observat. *Ποσάκις παρὰ Σιμωνίδη, Πινδάρῳ* (cf. c. 20), *Ἀλκαίῳ, Ἰβύκῳ, Σπτησιχόρῳ ἢ εὐγένεια ἐν λόγῳ*

57) *Aristot. Pol.* V, 5, 4. *Thales Milesius Ἰθαγενῆς καὶ γένους λαμπροῦ* fuisse dicitur *Diog. L.* I, 32.

58) *Aristot. Pol.* IV, 3, 8.

59) *Id.* V, 5, 11.

60) *Ruhnken. H. Cr. orat. Gr.* p. 153 Reisk. Add. *Phot. v. Κυρωνίδαί, Bekkeri Anecd.* p. 273. *Paus.* I, 38, 2. *Κυρωνίδαί, ἀπὸ τοῦ Κύρωνος*, non magis mutandum, quam *Κροκωνίδαί*. Illam pronuntiationem vocis *κόςος* habemus etiam in *Κύρος*, hanc in *κοίρανος*.

rum facies
publican
nporibus
57) qu
bilitate
primi
mul-
chis
er-

discrimen inter philosophiam antiquam et modernam
philosophia antiqua
goram Socratem
plia pendet
num in cunctis
quam istam
aliisque per
moribusque
rum dominum
vergebat
vis animi
quasi demum
tamen, quam
gio vel alia
stiam semper
tem civium
haud immerito
12) admiratur
quibus
juncta erat, ad

61) *Aristot. Eth. norm. II, 10 (1102a) Nicom. III, 10 (1112a)*
macher de Heracitus p. 34. Ceterum quibus Nic. K. I. 4. Socrati
soli, principi illi philosophiae (I, 10), non tantum, et philosophiam
Pythagorae, ceteris omnibus philosophis, verum naturam studii
intuitus sit.

62) *U. nat. 112. Non sicut ceterae ap. Latium. Phil. Ant.*
juxta Pythagoram collocatis ut Diogenes, qui quidem novissimus
ἐλεγεῖσθαι; illic dicitur, et ἀρετῆς, τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν νόστον
νόστον; ἀρετῆς; καὶ ἀρετῆς; τὴν ἀρετῆς; τὴν ἀρετῆς; καὶ
ταύτων καὶ ἀρετῆς.
63) *Tametsi ap. Diog. L. VIII, 10 ἀρετῆς; quibus; Aristot.*
Eth. X, 8. In haec convenienter ad locum suppleri, dubitare non
debuerat Davinius; nec potest substitui, quod novissimus editor pu-
tat, quos; ceteros; ἔτι; aut; μὴ; ἔτι; ἢ; ὅμοις; ὁμοίων; ἡλικία, quum
Ciceronis verba cum sint cuncta paria Graeca manifesto repetant.
Benevolentiam tam late longaque diffusam (ut cuncta paria sint)
quam vir sapiens in aliquem pari virtute praeditum contulerit, tum
illud effici ait Cicero, ut nihilo sese plus, quam alterum diligit i

qui claro genere nati ad virtutem (et aristocratiam) formati, imperium quodammodo tenebant. Apparet hoc ex his ipsius Ciceronis verbis: *cum hanc benevolentiam late longeque diffusum vir sapiens in aliquem pari virtute praeditum contulerit* cet. Quanta cum mira foederis (τῆς ἐταιρείας) sanctimonia et quam portentosa conjuncta fuerit arrogantia, cum multa alia arguunt apud Pythagoreorum defensorem ab Iamblichō excerpta, tum praesertim quod Ninon accusator hanc iis cantilenam exprobrare poterat, qua suam inhumanitatem in praeceptorem transferebant: 63)

Τοὺς μὲν ἐταίρους ἤγεν ἴσον μακάρεσσι θεοῖσι,
τοὺς δ' ἄλλους ἠγεῖτ' οὐτ' ἐν λόγῳ οὐτ' ἐν ἀριθμῷ.

et (*Iambli.* 259) quod liber illorum sacer similem contineat sententiam *amicos deorum instar colendos, reliquos ut bruta domandos esse et agendos ab iis, qui gregis pastores constituti sint* (aut ipsi se constituerint.). Neque haec simulata crimina; non obloquitur enim scriptor, cujus favor in Pythagoreos iniquus principalis fons esse videtur injusti ac inhumani recentiorum de oppressis iudicii. 64) In re obscura haec ante omnia tenenda videntur: primum Crotone quum imperium esset apud mille viros, a Pythagoreis collegium

illud alterum nimirum, quod Pythagoras volebat in amicitia, ut *unus fiat ex pluribus*, ut amicus sit *alter ego*, ut sit *anima una in duobus corporibus*. Ita quod Goerenzius Ciceronem utrumque verbum, *cuncta paria* et *unum fieri ex pluribus* conjunxisse comparato loco *Offic.* I, 17, 57 conjiciebat, ipsius nostri loci ratione firmatur, et potest sane *illa vox Pythagorea* apud Ciceronem duo comprehendisse. Non necesse tamen est ut alterum, ad quod respicit orator, etiam expressum fuerit.

63) Abusi isti quidem fortasse erant Pythagorae doctrina (*Iambli.* 229 ss.) de communi omnium rerum vinculo, quum amicitiam civium (τῶν πολιτῶν) sana legislatione, reliquorum hominum (τῶν ἑτεροφύλων) physiologia niti dixisset, ita, ut priorem ad sectam, ut veros cives, traherent, alteram ad reliquas ipsius civitatis classes extenderent.

64) *Polybius* II, 39 quod ait primarios cujusque civitatis viros οὕτω παραλόγως oppressos esse, non ad proximam horum motuum causam nec ad ea, quae Crotone gesta sunt, sed ad seditionem ultra grassantem spectat.

quoddam trecenorum constitutum esse, privatum id quidem, ⁶⁵) sed vel sic tanquam statum in statu, et quod magistratus plerosque sibi arriperet, mille virorum senatum, quem Pythagorae consiliis sponte usum legimus (*Val. Max.* XV, 1. *Diod.* XII, 9), suis consiliis regere studeret (*Iambl.* 260), ac in omnem rem publicam maximam auctoritatem acquireret; tum Crotoniatas Achaeorum fuisse colonos, ⁶⁶) quos ab

65) Non publicum fuisse consilium vel ex Ninonis accusatione apparet, ubi mille virorum mentio fit *Iambl.* 260. Fuit ista *ἐταιρεία*, sodalitas sive factio, *συνέδριον* dicta, quo nomine quidem etiam mille virorum consilium utebatur, atque ita Syracusis ante Agathoclis tyrannidem factio sexcentorum *συνέδριον* dicitur *Diod.* XIX, 5 cf. 6. 9, et *Plutarchus Sympos.* VII, 9 Cretensium *ἀνδρεία* et Spartanorum *φιλιτία βουλευτηρίων ἀπορόρητων καὶ συνεδρίων ἀριστοκρατικῶν τάξιν* habuisse ait. (*Συνεδρεύειν* de Pythagoreis usurpant *Iambl.* 249. *Plutarch.* de *Genio Socr.* 13.). At *senatum* Crotone fuisse Pythagoreorum sodalitiū nemo scriptorum dicit. *Justin.* XX, 4 *Sed ccc ex juvenibus cum sodalitiū juris sacramento quodam nexi, separatam a ceteris civibus vita exercerent, quasi coetum clandestinae conjurationis haberent, civitatem in se converterunt.* *Apollon.* ap. *Iambl.* 254. *Ἐπειτα καὶ τῶν γενανίσκων ὄντων ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἀξιώμασι καὶ ταῖς οὐσίαις προεχόντων, συνέβαινε* (num Cretensium rogatu, an ipsorum machinatione?) *προαγούσης τῆς ἡλικίας μὴ μόνον αὐτοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις πρωτεύειν* (ita, ut propinquis extra sodalitiū manum dare detrectarent), *ἀλλὰ κοινῇ τὴν πόλιν οἰκονομεῖν, μεγάλην μὲν ἐταιρείαν συναγαγοχότας· ἦσαν γὰρ ὑπὲρ τριακοσίους* (treceni tantum §. 260, uti et ap. *Lucian.* *Vitar. Auct.* 6 et ap. *Athenag.*), *μικρὸν δὲ μέρος τῆς πόλεως οὔσι (οὔσαν), τῆς οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἡθροσίν οὐδ' ἐπιτηδεύμασιν ἐκείνοις πολιτευομένης.* *Diogen.* L. VIII, 5. *Οἱ περὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες ὠκονόμου ἀριστα τὰ πολιτικά, ὥστε σχεδὸν ἀριστοκρατίαν εἶναι τὴν πολιτείαν.*

66) Müllerus *Dor.* II, 178 quod Doricam Crotoni originem vindicat, certa auctorum fide non nititur; nam quod conditor Myscelos, *Argolico generatus Alemone* (seu errone, fictum enim est nomen), Hercules, Argivi, hospes et propinquus vocatur (*Metam.* XV, 8, 18. 48), id non tanti, quam quod Pythagoras ap. *Iambl.* 50 fabulae de Hercule in itinere Italico Crotonem condente auctor fuisse, et cultum adeo, ut videtur, Herculis instituisse dicitur (cf. 152), cui etiam §. 40 patrocinator. Fabulas et commenta de urbium originibus tam cupide arripuerunt Graeculi, et de Hercule imprimis conditore et progenitore tanta fuit fingendi licentia et facilitas, ut ne numi quidem, in quibus Hercules *Κροτωνιάτας* et *οἰκίστας* celebratur, per se quidem, fidem rei facere possint. Ita Pythagoras etiam Apollinem coloniae Crotoniensis duci oraculum quoddam dedisse ap. *Iambl.* 52 primus docet. Pythagoreorum instituta moresque, quorum tanta cum Spartanis similitudo est, Mnesarchi filium habuerunt auctorem, quem Cretam Spartamque ad Doricas leges cognoscendas adiisse ferunt.

exactis inde regibus jus multitudinis cum jure optimatum liberaliter temperasse, et hoc solo exinde statu usos esse *Polybius* (II, 41 s.) ostendit, et sanioris democratiae, ut *Heynius* (*Opusc.* II, 181) fatetur, unicum exemplum proponit; ergo acceptam a majoribus rei publicae formam a Pythagoreis non contra cives, quos novarum rerum studii reos agunt, defensam, sed violari coeptam esse; nec forte casuque factum est, quod post Pythagoreorum sodalitium dissolutum, » Achaeorum fide ac consiliis usae civitates composuere dissensiones et calamitates, quod *Polybius* II, 39 docet; ⁶⁷⁾ ut adeo Crotoniatiae, et tum originis suae et necessitudinis cum Achaeis memores, ceteros ad suum consilium et voluntatem traxerint, « quae iterum verba sunt *Heynii* (p. 188). Idem addit, et Pythagoreorum patronum, haud ambigua quamvis in re, pro me loqui e re mea est: » Rem inde eos publicam satis prospere administrasse credere licet, « et (p. 190): » Crotoniatiae eodem tempore, quo ad Achaeorum exemplum rem publicam foederatam civitatum constituerant (nimirum ut antea quoque foedus quoddam civitatum per Pythagoreos rerum potitos compositum fuerat), mores quoque legesque Achaeorum adscivisse et suam civitatem ad eorum morem et exemplum administrasse a *Polyb.* II, 39 memorantur. ⁶⁸⁾ Quo facto meliorem fortunam experti iterum opibus ac viribus effloruerant. « Haec *Heynius*. Quod igitur tantum plebis, vel potius civium optimo suo jure et patrio exturbatorum scelus fuit? Philosophi optimates quum, Sybari capta, post Pythagorae discessum (quem tamen *Dicaearchus* cum aliis adfuisse ait ap. *Porphyr.* 56), agrum bello partum non inter novos colonos sorte divisissent (*Iambl.* 255; sed suae factioni et administrationi qualicunque sub titulo vindicassent), ⁶⁹⁾ iidem quum dudum eo usque,

67) Cf. *Iambl.* 263.

68) Cf. *Strab.* VIII p. 384.

69) Non satis mirari possum *Heynium* p. 188 haec prorsus pervertentem. Fabulam a se inventam narrat *Meiners* in hist. Pythagoreorum p. 475, cui quidem expediendae iste, si cui alii negotio, omnino impar erat.

nisi fastus insani, at tectae severaeque conciliationis et concociationis processissent, ut dextram non nisi amicis et suis quisque parentibus, non vero suis ipsorum consanguineis darent (*Iambl.* 257. 260), unde hi quidem duces fuerunt seditionis contra illos (255), Hippasus, Diodorus, Theagenes flagitant, ut novus magistratus (Ephorum similis) sorte creetur, cui ceteri in posterum muneris reddant rationem, tum ut cives omnes comitorum et magistratum participes fiant; quorum illud eo spectat, quod Pythagorei populi concionem, quam ne Dionysii quidem aliique tyranni abrogare ausi sunt, abolere studuerant, consilio mille viris non probato (*Iambl.* 260); quod ad magistratus attinet, non lege reliqui cives exclusi profecto fuerunt, sed factio tam numero, generis claritudine, opibus, rerum civilium peritia, ingenio artibus exculto et ipsa virtute valida erat, ut reliqui cives quasi vi opprimi viderentur (*κατεστασιασμένοι*, *Iambl.* 260.). Magnanimi autem illi nihil omnino concedentes, egregii viri et generosa indole nati, merito, quum cogi ad virtutem homines nefas sit, expulsi sunt, 70) schola eorum a Cylone incensa, et res publica in integrum restituta; ulciscendi autem oppressis partibus copia per graves motus facta, ultra modum, ut fit, saevitum et in profugos, corruptis trium civitatum arbitris, eorumque adeo familias exilium illatum, insuper (ut Megaris et alibi) ager divisus est et novae tabulae factae (*Iambl.* 262), mox, propagato raptim et aucto in immensum motu, omnia per Magnam Graeciam Pythagoreorum synedria conflagrata sunt (*Polyb.* II, 39.). Socratica philosophia tantum abfuit, ut arctis vinculis delectos quosdam sui cultores coercuerit, ut perruptis illa potius civitatis cancellis, humanitatem complecteretur, et aethera libero petens volatu majorum aucto-

70) *Justino* auctore XX, 4 in tumultu sexaginta periere, ceteri in exilium profecti. Aliter *Dicaearch.* ap. *Porphy.* 56 et *Aristox.* ap. *Iambl.* 248 s. De urbe ipsa non consentit *Plutarch. de Genio Socr.* 13. Multa in hujus calamitatis historia in majus aucta esse *Heynius* p. 188 cum aliis viris doctis agnoscit.

ritatem scriptasque ex aliquot seculis leges et instituta, ⁷¹⁾ quorum tenacissima fuit gens Dorica, non ultra ipsius rationis animique aeterna decreta revereretur. Tum illa primum voce inclusa esse videtur *φιλανθρωπία*, benevolentia erga omnes homines promiscua, comitas et humanitas, a Doriensi honestate atque gravitate (*ἀρετῇ*) sane quam diversa, mitissimus is ac nobilissimus, quem inter Graecos animi cultus educavit, fructus, quo vel solo, nisi artes accederent nulli aevo assequendae et exaequandae, quas ipsa nutrit, libertatis Ionicae Atticaeque mala atque damna, haud illa quidem levia, compensarentur. Namque summa bonorum non sine magnis sunt malis. ⁷²⁾ Contra ex optimatum virtute progenitum est ipsorum jusjurandum abominabile, quo in catenam quandam multitudini injiciendam convalescere studebant, *ἐγὼ δὲ τῷ δήμῳ κακόνους ἔσομαι καὶ βουλεύσω πᾶν ὅτι ἂν ἔχω κακόν*, ⁷³⁾ et immanis Pythagoreorum, quam vidimus, sententia. Socratem popularem ac humanum, *δημοτικὸν καὶ φιλάνθρωπον*, vocat Xenophon (*Mem.* I, 2, 60), qui quidem posteriore vocabulo saepius utitur, apud Demosthenem etiam et Aeschinem obvivo, ad quod fortasse, ut ex Socratis familia profectum, alludit Aristophanis (*Ach.* 336) *φιλανθρωκεύς*. ⁷⁴⁾

25. Atheniensis Sapiens, solam animi generositatem suspiciens, nobilitati, cui quidem nec leges patriae singularem reverentiam praestandam praescripsissent, minime favit. *Mundanum se*, teste Cicerone (*Tusc.* V, 37), *totius mundi incolam et civem arbitratur*, et, quod alio loco (*Leg.* I, 12), ex Cle-

⁷¹⁾ Cf. *Cic. Leg.* I, 15.

⁷²⁾ *Stob. S.* VII, 20 p. 88.

⁷³⁾ *Aristot. Pol.* V, 7, 19.

⁷⁴⁾ Alia est ratio vocabuli ap. *Aeschyl. Prom.* 11. 28, ubi Prometheus insignis est *φιλανθρώπῳ τρόπῳ*. Maxime huc pertinet, quod legis servos a verberibus et atrocitate dominorum vindicantis *φιλανθρωπίαν* praedicat *Demosthenes Mid.* p. 25 *Buttm. Aristot. Eth. Nicom.* VIII, 11 *ἢ μὲν οὖν δούλος οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν, ἢ δ' ἄνθρωπος*. Theseus, qui democratiae auctor ferebatur (*Paus.* I, 5, 2), servus etiam quasi deus erat benignus ac praesens.

anthe aut Panaetio expressum, Cicero huic sententiae, *jus esse natura omnibus datum, quia rectae rationis omnes participes sint*, adjungit, *exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura sejunxisset: id enim querebatur caput esse exitiorum omnium*. Idem nobiles aiebat esse bonorum filios; 75) et nobilitatem definiisse fertur bona animi corporisque temperie, *εὐκρασία ψυχῆς τε καὶ σώματος*, et cum frumento comparasse, quod laudetur, non quia ex pulcherrimo agro proveniat, sed quia ad victum aptum sit (*Stob.* 86 nr. 20. 23.). Apud Platonem (*Alcib.* I p. 120 D) bene natos, si bene etiam educantur, ita demum ad virtutem pervenire docet, et Alcibiadem, meliores gigni in nobili stirpe quam in ignobili, contendentem, et suum genus in Eurysacem, Jovis filium, referentem leniter ridet (*ὦ γενναῖε Ἀλκιβιάδη κ. τ. λ.*). In *Theaeteto* (p. 174) *vir facetus*, ut a Seneca (*Benef.* V, 6) vocatur, et *derisor omnium, maxime potentium*, eos facit delicias, qui, generis praestantiam semper in ore ferentes, septenos avos divites omnes (*πάππους πλουσίους*) enumerent, quasi perspicere non valeant, innumeros unumquemque nostrum avos proavosque antecessisse, quorum in numero divites et inopes, reges ac servi, barbari Graecique fuerint necesse sit. Septenarium proavorum numerum in civitate alicubi (ut hodie equorum summae nobilitatis idem est legitimus) decori fuisse docet *Hesychius* *Ἐνδοιῦγεναι* 76) *οἱ ἀπὸ ἑπτὰ πατέρων καὶ μητέρων ἀσπιῶν κατάγοντες τὸ γένος*, eoque fortasse alludit *Hipponactis* (fr. 80) *ἑπτάδουλος*. Morem istum proavorum computandorum ridet *Menander* (fr. inc. 4.):

75) Aristidis igitur filiam propter patris virtutem nobilem (*γενναίαν*) esse. Pseudoaristot. ap. *Stob.* 86 n. 25. Acute *Luzac Lectt. Att.* p. 95 emendat *καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γεγαμηκέναι*, pro *γενναίαν εἶναι*. Apud *Plat. Menex.* init. Socrates: *Δοκεῖ μοι χροῖναι κατὰ φύσιν, ὡς περὶ ἀγαθοὶ ἐγένοντο, οὕτω καὶ ἐπαινεῖν αὐτοὺς· ἀγαθοὶ δὲ ἐγένοντο διὰ τὸ φύναι ἐξ ἀγαθῶν.*

76) i. e. indigenae (a quo non diversum *indigetes*, dii patri, male a Servio ab *ago* derivatum), *ἀθηγενεῖς* (*Dioscor.* ep. 56), *ἐγγενεῖς* (*Soph. El.* 430). De forma vocis *ἐνδοιῦγεναι* nunc non quaero, quam facilius respuas quam defendas.

Ἀπολεῖ με τὸ γένος. μὴ λέγ', εἰ φιλεῖς ἐμέ,
 μῆτερ, ἐφ' ἐκάστῳ τὸ γένος. οἷς ἂν τῇ φύσει
 ἀγαθὸν ὑπάρχη μηδὲν οἰκείον προσόν,
 ἐκεῖσε καταφεύγουσιν, εἰς τὰ μνήματα⁷⁷⁾
 καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσιν τε τοὺς πάππους ὅσοι,
 οὐδὲν δ' ἔχουσι πλεῖον· οὐδ' ἐρεῖς ὅτῳ
 οὐκ εἰσὶ πάπποι κ. τ. λ.⁷⁸⁾

Simile ex Epicharmo dictum habet *Stob.* 88 p. 501.

Πνίγομ' ὅτ' ἂν εὐγένειαν, οὐδὲν ὄν, καλῶς
 λέγη τις, αὐτὸς δυσγενῆς ὢν τῷ τρόπῳ·
 τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;

Socratis ingenio congruum etiam, quod interrogatus, quinam plebeji (βάνουσοι) sint, respondisse fertur, aequalium contemptores, οἱ τῶν ὁμοίων καταφρονοῦντες (*Stob.* S. 22 n. 190.). Omnem ipse vitam ad istud Aeschyleum conformaverat, quod semper in ore ferebat, verbum:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.⁷⁹⁾

At hunc natalium spretorem, qui qualis civis fuerit, a Ioanne Luzac, viro prudentia civili eminente, in oratione erudita ac eloquente demonstratum est, plebeji ordinis contemptorem et democratiae inimicum esse calumniabantur accusatores,⁸⁰⁾ quia magistratum per sortes electionem improbaverat,⁸¹⁾ consentiens hac in re cum Pythagoreis, fabis abstinentibus. Utinam viri sanctissimi fabellae Aesopeae conservatae essent,

77) *Fab. not.* 54 cit. — ὁ πύθνηκος ἐπιδειξας αὐτῇ τὰ μνήματα κ. τ. λ.

78) Cf. etiam *Menand.* *Cnid.* p. 98 Meinek. Ἄπαππος, nullis majoribus ortus. *Aeschyl.* *Ag.* 512 imagine faceta, φάος τόδ' οὐκ ἄπαππον Ἰδαίου πυρός.

79) *Xenoph.* *Memor.* I, 7, 1. Ἄει γὰρ ἔλεγεν, ὡς οὐκ εἶη καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξία, ἢ δι' ἧς ἂν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο, ὃ καὶ δοκεῖν βούλοιο. Ubi cf. *Ernest.* *It.* II, 6. *Cic. Off.* II, 12.

80) *De Socrate cive* p. 77. *Ibid.* p. 123: *Socrates unus plus valuit ad tuendas conservandasque leges patriae, quam universus senatus et universa, si perpaucos exceperis, concio populi Attici.* p. 124: *Atque uti ante populo, sic et cum legibus tyrannidi paucorum adversatus est.*

81) *Xenoph.* *Mem.* I, 2, 9. *Aristot.* *Rhet.* II, 20, 4.

ut etiam ex ipso genere praeceptivo et elegiaco extaret, unde comparatio philosophi Attici cum optimate Megarensi institui posset. ⁸²⁾

26. Optimatum opinioni et commodis Theognidis diu multumque serviit doctrina, in quem minime quadrat, quod nuperrime scripsit vir doctus, toti generi humano eum bene cupere, nihilque ardentius exoptare, quam ut omnia omnibus optime eveniant; ⁸³⁾ doctrina autem ejus pro fundamento habet illud, quod vetus dictum (παλαιὸν αἶνον) Euripides (*Dict. fr. 11*) appellat:

82) Contra Platonem *Phaed.* p. 60 s. ubi Cebet haec proferenti: περὶ γὰρ τῶν ποιημάτων, ὧν πεποιήκας, ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους καὶ τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον, καὶ ἄλλοι τινὲς με ἤροντο ἤδη κ. τ. λ. Socrates respondet: οὐς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου τούτων ἐποίησα, οἷς πρώτοις ἐνέτυχον, non video quid valeat Diogenis testimonium. Sed quod ille ait II, 42: ἐποίησε δὲ καὶ μῦθον Αἰσώπειον, οὐ πᾶν ἐπιτετευγμένως, οὐ ἡ ἀρχή· Αἰσώπος ποτ' ἔλεξε Κορίνθιον ἄστν νέμουσι·

μη κρίνειν ἀρετὴν λαοδικῶ σοφίῃ,
ne significare quidem videtur, quod Bentlejo *Opusc.* p. 73 in mentem venit, unicam fabulam Socratem fecisse. Diogenes enim in eo est, ut quae supersint Socratis, non quae scripsisse feratur, recensent; paeanam igitur memorat, non genuinum, et fabulam, suspicioni non obnoxiam. Quem tum exscripsit *Suidas*: οὐδὲν καταλιπὼν ἢ, ὡς τινες βούλονται, ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα καὶ Ἀρτεμιν καὶ μῦθον Αἰσώπειον δι' ἐπῶν. Fabulam illam prae aliis eo fortasse amici studiosius scripto mandarunt, quod ipsius sorti apprime apta esset, et recti, quae in eo vigerit, conscientiam indicare videretur. Plutarcho *Moral.* p. 16 τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἐπεσι μύθους ἐνόμισεν, bene Wyttenb. p. 60 restituit ἐνήρμοζεν. Quod Cicero *Orat.* III, 16 ait litteram nullam reliquit Socrates, non magis ad litteram intelligendum, quam quod Apulejus in *Floridis* ait, canit Socrates hymnos, plurali numero. Fragmentum Socratis ap. *Athen.* XIV p. 628 F (ubi ἐν τοῖς Ποιήμασι non ad librum subdititium tum temporis exstantem spectare videtur, ad quem mox aliquis diceret referendum esse *Avieni* testimonium, quod nullum est, *has pro exemplo fabulas et Socrates divinis operibus indidit*, sed ex Platonis illis in *Phaedone* derivatum est):

Οἱ δὲ χοροῖς κάλλιστα θεοὺς τιμᾶσιν, ἄριστοι ἐν πολέμῳ·

Müllerus *Dor.* II, 329, Schweighausero dubitante, quis sit hic Socrates, quem Athenaeus pro satis antiquo habere videatur, ex ipsius Sapientis prooemio ad Apollinem desumptum censet. Ab hoc autem paean, quem pro subdititio habuit Dionysodorus, verendum est admodum, ne non fuerit diversus.

83) *Jacob* in *Proleg. in Luciani Taxarin* p. VII.

Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός·

et *Alcmaeon.* 8:

Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρὸς.^{83*)}

Pindarus, homo antiquus (*Pyth.* VIII, 62): φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα. Homerus de Telemacho, πατρός ἐνέστακται μένος ἡϋ. Hinc tritum istud εὐσεβεῖς καὶ εὐσεβῶν, πονηροὶ καὶ πονηρῶν (*Soph. El.* 589 cf. 374. 384), κάκιστος καὶ κακῶν (*Phil.* 386, *Aristoph. Ran.* 731.). Persuasum igitur habuit poeta noster, in ordinibus inferioribus et communis juris consilii que expertibus summas suas dotes naturam exserere non valere, fere ut Aristodemum Spartaе dixisse Alcaeus refert,^{83**)} pauperem nullum esse bonum nec honorabilem, *χορήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδείς πέλει' ἐσθλὸς οὔτε τίμιος*: virtutem autem et honestatem omnino niti in stirpis nobilitate et avita praediorum honorumque possessione, una cum generoso instillari sanguine et ab eo inseparabilem esse. De qua opinione verior simul et elegantior sententia ferri nequit, quam quae apud Aristotelem (*Polit.* I, 2, (4) 19) legitur, nobiles, quum se non domi tantum, sed ubique gentium nobiles esse arbitrentur, nulla alia re quam virtute et vitio servum et liberum nobilesque et ignobiles definiant, ut ex homine hominem et ex feris feram, sic ex bonis bonum nasci opinari. At naturam velle illam quidem id praestare saepenumero, sed non posse;⁸⁴⁾ quod enuclea-

83*) Cf. *Antioq.* fr. 18. *Antig.* fr. 11. Quamvis in hac etiam contraria sententia extabat fr. 10:

Ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παίδας εἰκέναι
τὰ πολλὰ φαύλη γίνεται τέκνων πέρι.

83**) *Ap. Schol. Pind. I.* II, 17. Quo loco Pindarus ait Aristodemum hoc dixisse opibus simul ac amicis privatum, unde conjicias, eum Argis profugum (Argivum enim appellat Pindarus) Spartam venisse, ubi hoc usum verbo Alcaeus narrat (*ὄν φασιν οὐκ ἀπάλαμνον ἐν Σπάρτῃ λόγον εἰπεῖν*). Quod a Grammaticis Spartiates dicitur, minus certum videtur et potest ex Alcaei verbo fluxisse. Aliter Boeckhius noster.

84) Imitatur *Pseudoplutarch.* c. 7. *Εἰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀνθρώποι φρονέμενοι διὰ τοῦτο ἰσότημοι καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ καταλεκτέοι, οὐδ'*

tius alibi exponit.⁸⁵⁾ Tangunt hanc disputationem etiam Epicharmi et Democriti dicta a Stobaeo servata. Ille enim (*Serm. XXIX*, 54 p. 200), quem expressit Critias (ib. p. 199): Ἄ δὲ μελέτα, inquit, φύσιος ἀγαθῶς πλεῦνα δωρεῖται, φίλοι: hic (p. 201) πλέονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνονται ἢ ἀπο φύσιος.

27. Argumentum Theognis, quo utitur ad fidem sententiae suae faciendam, principale statim in operis fronte posuit, quod nescio an vetus fuerit optimatum locus communis. Usos hac imagine Pythagoreos ex Aristoxeno narrat *Iamblichus* (§. 212, non κριούς sed κύνας ponens), sed immistis aliis a Theognidea disciplina alienis. Geminum est, quod continet altera comparatio v. 845:

Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὐδ' ὑκινθός,
οὐ τέ ποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλευθέριον.

Quae per imagines de gravissimo hoc civilis disciplinae loco argumentandi ratio aliis quoque populis placuit. Sic in Indorum libro, cui titulus Hitopadesa, ex interpretatione Caroli Wilkins p. 9 legimus: *In a noble race levity without virtue is seldom found. In a mine of rubies, when shall we find pieces of glass?* Et in Saadi Rosario (Gulistan): *Comment pourroit on faire une bonne épée avec du fer de mauvaise qualité! L'homme de rien ne sauroit devenir un*

ὁ ἐξοχώτατος ἀρετῆ ἀπὸ τοῦ κακίστου καὶ ἀβελγεστάτου διαφέρων ἦν. τοῦτο γὰρ ἡ φύσις θάμα ἀποδοῦναι ἐπιθυμεῖ, θάμα δὲ ἐμποδίζεται ἀποτυγχάνουσα τῆς ἀποτελειώσεως.

85) *Rhetor.* II, 15. Ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετὴν· γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως· (eadem verba leguntur *Hist. A.* I, 1, 14) ὅπερ ὡς ἐπὶ τὸ πόλυ οὐ συμβαίνει τοῖς εὐγενέσιν, ἀλλ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ εὐτελεῖς. φορὰ γὰρ τις ἐστὶν ἐν τοῖς γένεσιν ἀνδρῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τὰς χώρας γιγνομένοις· καὶ ἐνίοτε, ἂν ἡ ἀγαθὸν τὸ γένος, ἐγγίγνονται διὰ τινος χρόνου ἄνδρες περιττοὶ· κάπειτα πάλιν ἀναδίδωσιν. ἐξίσταται δὲ τὰ μὲν εὐφρῶν γένη εἰς μακρότερα ἤθη· οἷον οἱ ἀπ' Ἀλκιβιάδου καὶ οἱ ἀπὸ Διογυδίου τοῦ προτέρου· τὰ δὲ σταθμια εἰς ἀβελτηρίαν καὶ νωθρότητα· οἷον οἱ ἀπὸ Κίμωνος καὶ Περικλέους καὶ Σωκράτους. — I, 9, 33 τὸ δ' ἐγκώμιον τῶν ἔργων ἐστὶ· τὰ δὲ κύκλω εἰς πίστιν· οἷον εὐγένεια καὶ παιδεία· εἰκὸς γὰρ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθὸν καὶ τὸν οὕτω τραφέντα τοιοῦτον εἶναι.

homme par l'éducation, qu'on lui donneroit cet. quem locum a se versum alicubi profert Silv. de Sacy.

28. E Socraticis Xenophon, Spartanorum fautor et assentator, tantum Doriensibus institutis favet, ut etiam principalem Theognidis sententiam, in operis introitu propositam, approbet et defendat (ap. *Stob.*): *Ἡ οὖν ἀρχὴ μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως ὀρθῶς ἔχειν· ἀρχεται γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ εὖ γενέσθαι. ὅτετο γὰρ οὔτε ἄνθρωπον, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γενήσαντα ἀγαθὰ εἶη.* Quamvis idem in *Memorabilibus* (IV, 4, 22) Socratis exponit sententiam, ex probis (ἀγαθοῖς) et aetate valentibus procreandos esse liberos. Sed immensa ingeniorum apparet diversitas, si cum illo ipso Theognidis placito circa connubia paria Platonis comparetur inventum *Politic.* p. 310, ubi quales conciliandae sint nuptiae, ut bona procreetur proles, disquirat. Nobilium Plato, secundum *Diog. L.* III, 88, quatuor distinxerat classes. Nobiles enim esse majoribus oriundos vel virtute, vel potentia praestantibus, vel ob victorias in bellis et agonibus partas claris et fama celebratis, denique eos, qui generoso ipsi animo praediti sint, quod quidem optimum esse genus ait, καὶ τῆς εὐγενείας αὐτῆ κρατίστη⁸⁶). Sed hoc genus non proprie εὐγένεια dicitur, translato in id nomine ab altero, ad quod tres reliquae classes redeunt (not. 90.). Platonicos, tum Academicos, tum Peripateticos ita statuisset ait Cicero (*Acad. post.* I, 5), *hominem esse quasi partem quandam civitatis et universi generis humani, eumque esse conjunctum cum hominibus humana quadam societate. Cetera, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam pertinere ad summum illud atque naturale bonum aut adaugendum aut tuendum* (cf. *Parad.* 1. *Tusc.* V, 8. 12.). *Paupertatem, ignobili-*

86) Consentiant Persarum philosophi. Ita enim liber, cui index *Cabus*, interprete *Diezio* p. 351. *Wisse, mein Sohn, dass es besser ist sich der Tugend zu berühen, als der Herkunft. — Wenn aber der Mensch keine Tugenden besitzt, so muss er wenigstens Herkunft haben.*

tatem, humilitatem vix dici posse mala (c. 15); divitias, honores, imperia, gloriam, ad tertium quoddam bonorum genus pertinere (c. 14. 27. 30 *Fin.* III, 15, cf. 7 s.), quod sit in externis (cf. *Aristot. Rhet.* I, 5, 4.). Cynici nobilissimos esse contemtores divitiarum, claritatis (δόξης), voluptatis vitaeque docuerunt;⁸⁷⁾ et Diogenis notum est dicterium, sed non recte vulgo intellectum, et a Plutarcho ipso (*de cupid. divit.* 7 p. 526) a sensu suo paullum deflexum, Megarensium praestare arietem esse, quam filium, quippe ἐμφυτευόντων τὴν αὐτῶν φιλαργυρίαν καὶ μικρολογίαν, quo ille procul dubio libri nostri τηλαυγὲς πρόσωπον suggillavit. Nempe hoc voluit, si verum doceat Theognis, filios omnino patrum mores referre, nec posse virtutem impetrari, sed ingenerandam esse, hoc si ita habeat, arietum apud Megarenses meliorem esse conditionem quam hominum, quatenus horum ibi genus sit pessimum, filiique, quod patribus desit generosa indoles, non nasci possint nisi abjectissimi. Megarenses Demosthenes etiam (c. *Neaer.* p. 1357 R.) ἀνελευθέρους καὶ μικρολόγους vocat, et καταράτους (c. *Aristocr.* p. 691.). In eisdem aliud exstat Diogenis dictum (ap. *Stob.* S. VII, 47 p. 90). Cujus quidem asseclis Theognidem valde displicuisse, quorum tum in eo castigando exemplum Stoici secuti sunt, infra videbimus, ubi de Bione sermo erit. Et vero haec sola causa fuit, aliorum sententias circa pretium natalibus statuendum et jura inde proficiscentia succincte recensendi, ne quid ad justam, quantum quidem in nobis, Theognidis interpretationem deesset. Ad eam autem contrariae sententiae eo magis pertinere videntur, quo frequentius ad illum a plurimis respicitur. Ac labebar fortasse longius in illustrando loco ad ethicam Graecorum et politicam haud ultimo, nisi sperarem fore, ut quae obiter, ut res ferebat, hic affecta sunt a nobis, mox ab iis, qui his maxime rebus vacant, ex industria et luculentius multo uberiusque tractata perficiantur.

87) *Stob. Serm.* LXXXVI, 19 p. 494 et LXXXIX, 4 p. 500.

29. Ceterum in tanta Atticae philosophiae a Doriensi usu civili distantia non mirandum est, si quando Plato, Xenophon, Aristoteles, viri sapientissimi, sed qui ab interpretatione, quam vocamus, historico-critica alieni essent, aut posteriores etiam philosophi Theognidis dicta non vera semper ac propria sua sententia, sed in eam, quam ipsi ante conceptam ad Theognidem attulissent, acceperunt. Quod quum de Xenophonte manifestum sit, qui gnomologiae initio, rejecta, ut ait ipse, plurimorum interpretatione, unice ea sana, tam apertam vim facit, ut poetam ἄγνοιαν κληγορεῖν τῶν ἀνθρώπων περὶ τὸν αὐτῶν βίον contendat, unum apponam Musonii coactae interpretationis exemplum,⁸⁸⁾ qui Theognidis v. 54 καὶ ἄνδρες τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις (cf. v. 358. 650) de viris bonis,⁸⁹⁾ quorum magna sit ad hominum utilitatem potentia, accipit, idque sequi disticho probari arbitratur. Ad ipsa, unde proficiscitur Theognis, initia quod attinet, Aristoteles dubitari potest num penitus ea perspecta habuerit, et, quae ex his similibusve in civitatibus Graecis manaverant res et instituta simultatesque ad fontes suos recte ubique revocaverit. Illius enim tempore in plerisque una civium conditio juris erat, et omnes ad summam rerum administrandarum adspirare poterant. Qua de re Niebuhrius haec olim (1813) judicavit: *In Aristoteles Zeitalter war der alte Begriff des Adels allerdings so erloschen, dafs er sichtbar damit immer verlegen ist: kann das befremden, da seit der Dorischen Einwanderung in den Peloponnes damals wohl 800 Jahre, und ein so grosser Theil davon in gewaltsamen Gährungen verflossen war? Damals mochten wohl nur sehr wenige Städte Reste ihrer alten Aristokratie erhalten haben, und wo dies der Fall war, hatten diese leicht im allerärgsten Grade den Charakter der Oligarchie angenommen.* Non ignorasse tamen Aristotelem juris antiquioris, Doriensium maxime, principia,

88) Ap. Stob. 56 p. 572. Musonii fragm. p. 286. ed. Peerlkamp.

89) Ut Siracida IX, 21 ait: ἀνδρες δίκαιοι ἔστωσαν σίγδελνοι σου.

vel definitio nobilitatis supra (§. 26) laudata, cum prooemio Theognidis, qui istius juris Aristotelis aetate defensor et adjutor principalis fuisse videtur, composita docere potest, et alter locus, ubi nobilitatem generis virtute definit, εὐγένειαι γὰρ ἐστὶν ἀρετὴ γένους,⁹⁰⁾ et nobiles sibi primas in civitate adrogare observat eo ipso argumento, quo Theognis utitur, διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων. Hinc patet, Plato quam apte in Menone in disceptatione de virtute, num doceri possit, quae ex parte ab altera, num sit hereditaria, pendet, et in scholas philosophorum ex re publica transitum fecisse videtur, Theognidem ad partes vocet, praesertim quum duo ejus afferri possent dicta, quae inter se repugnare viderentur (v. 53. 261.). Simul patefactus est virorum doctissimorum error, qui Platonis et Aristotelis philosophia comprobari crediderunt, virtutem generi innatam et sanguinis aviti claritatem res semper et omnino fuisse a Graecorum ingenio abhorrentes.⁹¹⁾ Ante Aristotelem Lycophron Sophista, quem

90) *Polit.* III, 7 (8), 7. cf. *Rhetor.* I, 5, 5 de nobilitate civitatum et populorum. Unde alibi dicit εὐγενεῖς, ὧν ἡ πατρίς περιφανής καὶ τὸ γένος. Et *Soph. Oed. Col.* 728 ἄνδρες χθονὸς τῆςδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες. *Plutarch. de Nobil.* 10 (ap. Stob. 86 p. 494) τί γὰρ ἄλλο νομίζομεν εἶναι τὴν εὐγένειαν, εἰ μὴ παλαιὸν πλοῦτον (ita Simonides) ἢ παλαιὰν δόξαν, οὐδέτερον ἐφ' ἡμῖν ὄν κ. τ. λ. Atque ita etiam Aristoteles alibi, *Polit.* IV, 6 (8), 5 ἢ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετὴ. V, 1, 3. εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν, οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ καὶ πλοῦτος. Proprio rei vocabulo utitur *Aeschyl. Ag.* 1045 ἀρχαιοπλοῦτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις, et *Soph. El.* 1593 ἀρχαιοπλοῦτα πατρὸς εἰς ἐδῶλια, *Lysias de bonis Aristoph.* I p. 652 φαινόμεθα δὴ καὶ τῶν ἀρχαιοπλοῦτων πολὺ ἐψευδμένοι, καὶ τῶν νεωστὶ ἐν δόξῃ γεγενημένων. Saepe ubi nude positum est πλούσιοι, intelligendi sunt ἀρχαιοπλοῦτοι; ita enim ap. Aristotelem et Plutarchum audiunt Megarensium Ἄγαθοί, apud *Thucyd.* I, 107 Opuntiorum Centumvirī, quos *Boeckh. Expl. Pind.* p. 183 recte monet ex illis centum optimatium familiis, quarum nobilitas ex majoribus muliebribus deducebatur, electos fuisse. *Soph. Oed. R.* 1070 ταύτην δ' εἴτε πλουσίῳ χαιρὲν γένοι. Saepius tamen, ne divitiae a majoribus profectae cum recens ex commercio aut alia re quacunq̄ue comparatis confundantur, aliud vocabulum adjicitur, ut οἱ πλούσιοι καὶ εὐγενεστέροι (*Aristot. Pol.* IV, 3, 8), οἱ πλούσιοι καὶ γνώριμοι (*Plutarch. Nic.* 2), ἄνδρες οἱ πλοῦτω καὶ γένοι δοκιμώτατοι τῶν ἀδῶν (*Herod. IX, 95*). *Aesch. Prom.* 391 μῆτε τῶν πλοῦτῳ διαθροπόμενων, μῆτε τῶν γέννα μεγαλυνομένων.

91) *Tittmanns Griechische Staatsverfassungen* p. 652.

ille saepius citat,⁹²⁾ nobilitatem acriter impugnaverit, non solidum, sed opinatum et cassum bonum eam dicens: cujus disputatio ap. Plutarch. *de Nobil.* 18 excerpta est (Ἀμφισβητεῖται) πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ σπουδαίων (ἢ εὐγένεια), ἢ, καθάπερ Ἀνκόφρων ὁ Σοφιστὴς ἔγραψε, κενόν τι πάμπαν.⁹³⁾ ἐκεῖνος γὰρ, ἀντιπαραβάλλον ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτήν, εὐγένειαν μὲν οὖν, ἧς (leg. φησί) ἄφανές τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνόν ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἴρεσιν αὐτῆς, κατὰ δὲ ἀλήθειαν οὐδὲν διαφέροντας τοὺς ἀγενοῖς τῶν εὐγενῶν.

30. Librum de Nobilitate ediderat Theophrastus. Eodem indice exstitit liber sub Aristotelis nomine, ab Athenaeo et Diogene L. memoratus, sed quem genuinum esse dubitabat Plutarchus (*Aristid.* 27), et quidem optimo jure, censente etiam Ioanne Luzac (*Lect. Att.* p. 82 s. 85 s.), qui (p. 92) fortasse a juniore aliquo e Peripateticis illum conscriptum esse conjicit. Desumta ex hoc libro tria fragmenta servavit Stobaeus (*Serm.* 86 p. 494 s. et 88 p. 498 s.), quorum hoc etiam in libro Pseudoplutarcheo de nobilitate c. 14, duo altera c. 18 leguntur. Et illa quidem hic, alterum Philoni (Academico, quem Cicero Romae audiverat), alterum Posidippo cum Tuberone disputanti, quamvis c. 7 ipse ille liber Aristoteles memoratur, falso adscribuntur, quod Wyttenbachius (p. 970. 972) animadvertit, nimirum quo Lycophroni praeter Aristotelem aliorum quoque gravissimorum philosophorum auctoritas opponeretur; quod quanta veri specie fiat, non curavit homo obscurus. Quantum ad nobilitatem, fragmentorum auctor in Aristotelis, cujus nomen mentitur, definitione acquiescit, qua et c. 14 et in ea disputatione utitur, quae a Pseudoplutarcho data est Posidonio, ut sit

⁹²⁾ *Polit.* III, 5 (6) 11. *Rhet.* III, 3. et 9, et, indicante Fabricio, *Phys.* II. *Metaph.* VIII, 2, *Sophist. Elench.* I, 14.

⁹³⁾ Ita pro ἔγραψε καινόν legendum vidit I. Luzac. *Lect. Att.* p. 87, et poterat hanc emendationem etiam ex cap. 11 adstruere: τὸ δὲ τῆς εὐγενείας ὄνομα κενόν εἶναι, μηδαμῶς συμψηφῶ. Eidem Luzacio debetur φησί.

ἀρετῇ γένους. Et priore quidem loco Theognidis memor est in his: πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἄντε ἀνθρώπων ἢ τὸ γένος, ἄντε ἵππων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων. ὥστ', εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι, οὐδ' οἱ ἀγαθοί, ἀλλ' οἱ ἔκπαλαι πλουσίων ἢ ἔκπαλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. In altero autem, ex quo etiam Socratis definitionem supra enotavimus, a Simonidis dicto, nobiles esse τοὺς ἔκπαλαι πλουσίους (cf. not. 90), quocum Aristoteli quodammodo convenit, quum latifundia inter generis virtutes non ultimum locum teneant, ab hoc igitur dicto profectus, cujus pessimum se praestat interpretem, Theognidem argumentatur immerito vituperare eos, qui, spretis nobiles, divites in matrimonium ducant, quum qui ipse dives sit praestet eo, qui proavum habuerit divitem. Non vidit igitur, aut noluit videre, non τοὺς πλουσίους, sed τοὺς ἔκπαλαι πλουσίους ex Simonidis opinione nobiles esse gentes, et interesse aliquid inter veteris prosapiae claritatem, fundorum possessione diuturna, potentia, gratia partam, et opulentorum, sed obscuro loco natorum, et qui illos de possessione nuper deiecissent, novitatem. Locus ex Gaisfordi Codd. A et B ita scribendus: Καί τοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσι ὁ Θεόγνης, οὐδ' ὁ ποιητῆς ὁ ποιήσας⁹⁴) (Euripides in Thyeste aut Cressis)⁹⁵).

94) Ap. Pseudoplut. legitur ὁ Θεόγνης δ' ὁ ποιητῆς ὁ ποιήσας, quem errorem non librario potius, quam exscriptori inepto imputem, qui etiam c. 15 Xenophontem Megarenses facit. Ταῦτα μὲν Θεόγνης περιφέρεται, ὡς ὁ Μεγαρεὺς Ξενοφῶν λέγει, ubi Wyttenb. quidem emendat Θεόγνης περιφέρεται τοῦ Μεγαρέως, ὡς Ξ. λέγει. Ob adversativam autem (ὁ Θ. δὲ ὁ ποιητῆς) post ἐπιτιμῶσι interpungendum erat, et senarii Theognidi dandi, quod fecit Kallius. Wyttenbachius, sprete Grotiana Codicis Parisini lectione Θ. οὐδ' ὁ ποιητῆς, vertit: Tamen sunt qui dictum hoc vituperant; at minus recte. Theognis autem poeta hos edidit versus. Quae si mens scriptoris fuisset, magis mire et contra legitimae structurae normas eam exprimere non potuisset. Optime locum interpretatus est Io. Luzac l. I. p. 89.

95) Valcken. Diatr. p. 12. Eadem sententia ap. Euripidem recurrit fr. inc. p. 479:

Δοῦναι δὲ μᾶλλον πλουσίῳ πᾶς τις κακῶ
 πρόθυμός ἐστιν, ἢ πένητι κάγαθῶ.
 κακὸς δ' ὁ μὴ ἔχων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.

Ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰτοῦσι βροτοί,
μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις.

ἢ, πρὸς Διός, οὐχ' αἰρετώτερος ὁ πλουτῶν αὐτός, ἢ οὐ ὁ πρό-
παππος ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης κ. τ. λ.

31. Apud tragicos utraque vocis εὐγενῆς notio, et propria
et derivata, obvia est. Sophocles clarae prosapiae mentio-
nem aliquando facit, ut *Antig.* 37 καὶ δείξεις τίχα, *Εἴτ' εὐγε-
νῆς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακῆ, Alet.* fr. 4 τὸ γὰρ καλῶς Πε-
φυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος, *Ajac.* 1093:

Οὐκ ἂν ποτ', ἄνδρες, ἄνδρα θαυμάσαιμ' ἔτι,
ὃς μηδὲν ὦν γοναῖσιν εἴθ' ἁμαρτάνει,
ὄθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι
τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη.

Cf. 1228. Sed aliis locis generosam indolem ista voce de-
signat, ut *Aj.* 480. 524. *El.* 257; utramque significationem
miscet *Phil.* 784 εὐγενῆς γὰρ ἡ φύσις καὶ εὐγενῶν, ὦ τέκνον,
ἡ σὴ, et suam ipsius persuasionem, cum Attica libertate con-
spirantem, his tradere videtur fragmentis, *Ter.* fr. 8 οὐδεὶς
ἔξοχος ἄλλος ἐβλαστέν ἄλλου, et *Tyr.* fr. 11 πολλῶν δ' ἐν
πολυπληθία οὐτ' ἂπ' εὐγενέων ἐσθλός, οὐτ' ἀχρείων ὁ λίαν
κακός· βροτῶν δὲ πιστὸν οὐδέν. Euripidem Pseudoplutarchus
quidem c. 16 nobilitatis praeconem praedicat: sed sententiis
ille de hac re utitur pro loquentium ingenio ac loco diver-
sissimis; et Plutarchus genuinus (ap. *Stob.* p. 498, in illo
libello c. 14) eum ita statuisse refert, οὐγὶ τῶν ἐκπαλαι σπου-
δαίων εὐγένειαν εἶναι, ἀλλ' ὅστις ἀνήρ ἀγαθὸς ἀπλῶς. Lucu-
lenti inprimis est fragmentum *Alex.* 12:

Περὶ σόμυθος ὁ λόγος, εὐγένειαν εἰ
βρότειον εὐλογήσομεν.
τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα,
διὰ δ' ἔκρινεν ἡ τεκοῦσα γὰ βροτούς,

In quibus ἀγαθός est nobilis; praecedat enim εὐγενεῖς βροτῶν πένη-
τες. Alibi (*In.* fr. 13) idem nobilem conjugem prae divite ac formosa
expeti ait.

ὁμοίαν χθῶν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν.
 Ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν· μία δὲ γοῦν
 τὸ τ' εὐγενὲς καὶ τὸ δυσγενές.
 νόμῳ δὲ γαῦρον αὐτὸ κραιίνει χρόνος.
 τὸ φρόνιμον εὐγένεια· καὶ τὸ συνετὸν
 ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

Ut hic in prudentia et intelligentia, ita in eodem dramate fr. 13:

Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια
 παρ' ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν.

et *Aeg.* 7. *Dict.* 10. *Melan.* 14 nobilitatem in probitate, virtute, justitia positam esse ait, et *Electr.* 385 ex moribus judicandam cf. 550. Hinc τὸ εὐγενὲς τῶν φρενῶν, *Hippol.* 1380, λῆμα εὐγενές, *Protes.* 3, et εὐγενῶς ἀλγεῖν κακοῖς, *Tr.* 722, εὐγενῶς τὰς χάριτας χαρίζεσθαι, *Erechth.* 1, εὐγενῶς θανεῖν, *Cycl.* 201. Aliis locis in opibus veram esse nobilitatem docemur, ut *Aeol.* 13, *Alcm.* 7, *Archel.* 22, *Belleroph.* 16: denique vero etiam, bono genere natum, etsi egenus fuerit, dignitatem habere et, laudum memorem patris, suis eam moribus augere, *Temen.* 13, cum in liberis generosorum virtus elucescat, *Archel.* 20 et *Hec.* 379:

Δεινὸς χαρακτήρ καπίσημος ἐν βροτοῖς
 ἐσθλῶν γενέσθαι, καπὶ πλείστον ἔρχεται
 τῆς εὐγενείας οὐνομα τοῖσιν ἀξίοις.

Ne ad ejusmodi quidem locutiones adtendere piget, quales sunt εὐγενὴς πάροθενος εἶδος, *Hel.* 10, εὐγενὴς δέση, *ib.* 135, et πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων, *Med.* 1068.

32. Percurrendi restant, priusquam vela contrahamus, Stoicorum principes. Ac Hecatonem quidem, Apollodorum, Chrysippum quis nescit *sola bona, quae honesta, mala tantum, quae turpia, potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animum*, quae Taciti (*Hist.* IV, 5) verba sunt, divitias, robur, venustatem, voluptatem, valetudinem adeo atque ipsam vitam, *neque bonis neque malis annumerasse*?⁹⁶⁾ Chrysippus,

⁹⁶⁾ *Diog.* L. VII, 102 cf. 104. *Stob. Ecl.* II p. 106. *Plutarch.* *Stoicorum* *liber* *primus* *capitulum* *secundum*. *Cic. Acad.* I, 10 fin. III, 8, 15. III, 15 s. III, 17, 5.

Stoicorum princeps, duo post Euripidem secula integra florens, primus juris et aequi principia certissime demonstravit, non facticium id esse et arbitrarium et tralatitium, sed ex recta et summa ratione, ejusque quasi imagine sive interprete, hominis natura, profectum, eoque juris vinculum intercedere non posse nisi inter eos, qui ratione praediti sint, intercedere autem inter omnes rationis non expertes.⁹⁷⁾ Nobilitatem is quidem (in libro de Virtutibus ap. Plutarchum de Nobil. 12)⁹⁸⁾ aequalitatis jurium scoria et ramenta esse aiebat, et nihil referre, quo quis patre natus sit, generoso an ignobili; proprios autem nobilitati quosdam esse satellites jactantiam, facetiarum studium, vim, justitiae contemptum (τὴν ἀλαζονείαν, τὸ κομψόν, τὴν βίαν, τὴν τοῦ ἀνθρώπινου δικαίου καταφρόνησιν). Eundem Homero usum esse (malum in his etiam, ut Stoicum, interpretem), ad suam contra nobilitatem argumentationem confirmandam, et Euripide discimus c. 13 et 16. In Posidonii animo jus naturae Chrysippeum tam alte radices egerat, ut ne veteres quidem Dorienses vi usos cogitare posset, sed Mariandynos, quum agros suos ab illis occupatos viderent, quasi nulla coactos vi, et eo tantum, quod se ipsos propter ingenii tarditatem gubernare non pos-

97) Cf. *Baguet de Chrysippi vita, doctrina et reliqu.* Lovanii 1822. p. 115.

98) Falso interpretatur Wyttenbachius: *Chrysippus eo loco, quo aequalitatem demonstrat virtutum; sed recte scribit Baguet p. 257 ὁ δὲ X. ἐν τῷ περὶ Ἀρετῶν, ἰσοτιμίας περίτηγμα καὶ διάξυσμα.* Cap. sequ. Plutarchus Stoicos multa nugari ait contra nobilium τῦπον, ἀλαζονείαν, ἔρωτας, ἀθρημίτους συνουσίας, ὠμότητα, vocare illos ἀντιδικῶν ἐπιθυμητικῶν καὶ τῶν μὲν εὐεργεσιῶν ἀμνήμονας, ἀδικουμένους δὲ δριμυτάτους πρὸς τὸ ἀποτίειν. Aristoteles *Rhet.* II, 15 nobilium mores ita describit. *Εὐγενείας μὲν οὖν ἡθὸς ἐστὶ τὸ φιλοτιμώτερον εἶναι τὸν κεκτημένον αὐτῆν· πάντες γὰρ ὅταν ὑπάρχητι, πρὸς τοῦτο σωρεύειν εἰώθασιν· ἡ δὲ εὐγένεια ἐντιμότης προγόνων ἐστὶ· καὶ καταφρονητικὸν καὶ τῶν ὁμοίων τοῖς προγόνοις τοῖς αὐτῶν· διότι πόρρω ταῦτα μᾶλλον, ἢ ἐγγὺς γιγνόμενα, ἐντιμώτερα καὶ εὐαλαζόνευστα.* Quibus adjungo, quae de divitibus ait 16, 5, καὶ τὸ οἶεσθαι ἀξίους εἶναι ἄρχειν· ἔχειν γὰρ οἴονται, ὧν ἐνεκεν ἀξίον ἄρχειν, et de potentibus 17, 4: καὶ σεμνότεροι ἢ βαρύτεροι· ποιεῖ γὰρ ἐμφανεστέρους τὸ ἀξίωμα· διὸ μετριάξουσιν· ἐστὶ δὲ ἡ σεμνότης μαλακῆ καὶ εὐδχήμων βαρύτης, καὶ ἐὰν ἀδικῶσιν, οὐ μικραδικταὶ εἰσιν, ἀλλὰ μεγαλόδικοι.

ent, cum prudentioribus pactionem sponte iniisse credere mallet 99). Musonius, qui paulo post Posidonium floruit, (ap. *Stob.* 70 p. 428) in eligenda conjuge, quum praeter liberorum procreationem societas etiam vitae finis sit nuptiarum, neque genus, neque solam formam spectari, sed talem duci jubet, quae sano sit ac firmo corpore, animo vero ad omnem virtutem facto. Omnium autem hominum animis ingenerata esse docet 100) virtutis quasi semina, omnes ad honestam vitam ab ipsa natura satos atque creatos esse.

33. E Romanis Horatium *Od.* IV, 4, 29 hac strophā:

Fortes creantur fortibus et bonis,
est in juvenis, est in equis patrum.
virtus; nec imbellem feroces
progenerant aquilae columbam,

Theognidis prooemium expressisse animadvertit Jo. Luzac p. 93. Sed hoc jam minus ad rem nostram. Neque magis urgendum, quod Cicero vel cum Theognide facit, ut *Phil.* III, 8: *Bonos cives primum natura efficit, adjuvat deinde fortuna; omnibus enim bonis expedit, salvam esse rem publicam, sed in iis, qui fortunati sunt, magis id apparet, vel diversam sententiam profert Agrar.* II, 35: *Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura loci nobis ad vitae consuetudinem suppeditantur, quibus alimur et vivimus.* Iste enim magnus homo duplicem omnino personam agit, inter veteris oligarchiae Romanae ac Platonis Stoicorumque studium fere suspensus, et, prout res ac tempora ferebant, Socrati addictus aut Catoni, Socratis osori, et earum, quas e Theognide cognoscimus, opinionum patronus, aut dissimulatio, ut in ipso, memorabili exemplo, appareat, quam diverse

99) *Athen.* VI p. 263 C. *Bake de Posid.* p. 175. Similiter ap. *Senec. Epist.* 90 Posidonius somniat, seculo aureo penes sapientes fuisse imperium cet.

100) V. praeclara *Nieuwlandii* diss. in *Musonii Reliquiar.* ed. Pecrlkampii p. 89. 95.

animus eadem re pro diversa hominum ei faventium persona ac tempore afficiatur. Theognis enim, venerabilis senex, ubi quid sententiarum ejus approbari nequeat, sacro, ut cum Heraclito loquar, opinionis morbo¹⁰¹⁾ laborare potest videri; Ciceronem autem non sine indignatione philosophiae perceptis, quae cogitatione complexus esset, in senatu ac foro videmus renuntiantem. An quis patienter ferat, quod partium studio et ardore quodam abreptus, in oratione *pro Sextio* (c. 45) Atreorum duram et inhumanam legem *oderint dum metuant* Romanis optimatibus vindicat, quam dum *improbis civibus* dictam esse ait,¹⁰²⁾ non vere improbos solum, *quales tum* temporis rem publicam ibant perditum, quum *jam nihil esset, quod populus a delectis principibusque dissentiret* (c. 49), sed omnes omnino populares mente comprehendit, eos etiam, qui olim, minus ipso admirati *divinam illam gravitatem, plenam antiquitatis* (c. 62), bonos illos, qui *sibi gubernacula patriae depoposcerant* (c. 46), *offenderant quidem apud graves et honestos homines, sed populi* (at qualis populi!) *judiciis atque omni significatione floruerant, quorum homines olim orationem, vultum, incessum amaverant, qui suffragiis, quod contenderant, consecuti erant* (c. 49), quibus (c. 46) *boni* hac de causa *repugnaverant, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putaverant et aerarium exhauriri, visum erat* (ad quod ex suis ipsorum opibus aliquid conferri nefas scilicet existimabant), Gracchos denique illos, quos laudare Consul ipse *non, ut plerique, nefas esse arbitratus erat, utpote quorum consiliis, sapientia, legibus multas esse videret rei publicae partes constitutas,*

101) Fragm. 65 οἴησιν ἰσθᾶν νόσον. 66 ματαίως ἐν δόξῃ γεγόμενος.

102) Longe aliter idem *Phil.* I, 14. *Carum esse civem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est; metui vero et in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Quod videmus etiam in fabulis, ipsis illis, qui, oderint dum metuant, dixerint, perniciosum fuisse. Utinam, Antoni, avum tuum meminisses! — illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem, ceteris principem dignitate.*

duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanae viros (*Agrar.* II, 5 cf. *Rabir.* 5. *Offic.* II, 12 fin.). Quos autem graves et honestos homines vocat, inter eos erant, qui occisis indicta causa tribus civium millibus, bonisque eorum publicatis, luctu mulieribus interdiceret, quavis bellua tetriores, et templum Concordiae, quovis sacrilego scelestiores, dedicare ausi erant.¹⁰³⁾ In altera oratione, septem annos ante habita (*Agr.* II, 1); Quirites ipsum *perlongo intervallo prope memoriae temporumque suorum primum hominem novum*, — *cujus majores laude populari atque honoris Quiritium luce caruissent, consulem — fecisse dixerat, et eum locum, quem nobilitas praesidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenuerit, se duce rescidisse, virtutisque in posterum patere voluisse¹⁰⁴⁾. Nunc autem (*Sext.* 10), populi beneficio imagines familiae suae consecutus, *nobilitate ipsa, blanda conciliatricula, hominum opinioni unumquemque commendari censet, et omnes bonos semper nobilitati favere.*¹⁰⁵⁾ Favent vero, at non simul, nisi forte inepti aequae ac boni sunt, et si a partium studio alieni, cupiditatibus vitiisque¹⁰⁶⁾ adstupent, et arrogantiae, qua illa saepe labe insignis est, vel feritati, quae nonnunquam in veteribus civitatibus cum nobilitate consociata fuit, vel animi durtitiei frequentius illi inhaerenti, eique continuae et magis magis-*

103) *Plutarch. C. Gracch.* 17. *Compar. Agid. et Cleom.* 3. 4. *Egredie Sallustius Jug.* 42 de hisce bonis, *bono (homini) vinci satius esse ait, quam malo more injuriam vincere.*

104) *Cap.* 3. *Neque enim ullo modo facere possum, ut, quum me intelligam, non hominum potentium studio, non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi Romani judicio consulem ita factum, ut nobilissimis hominibus longe praeponerem, non et in hoc magistratu et in omni vita sim popularis.* — *Pro Muren.* 8. *Quum ego claustra ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad consulatum — non magis nobilitati quam virtuti pateret.*

105) *Semper se studiosum nobilitatis fuisse ait Academ.* II, 40.

106) *Aristot. Polit.* V, 6 (7), 4. *Οἱ δ' ἐν τοῖς εὐπορίαις, ἂν ἡ πολιτεία διδῶ τὴν ὑπεροχὴν, ὑβρίζειν ζητοῦσι καὶ πλεονεκτεῖν.* *Optimates in seditionibus, quibus belli Peloponnesiaci tempore civitates commotae sunt, quales se plerumque praestiterint, ex Thucydide describit Poppo in Prolegom. ad Thucyd.* P. 2 p. 50 s.

que ingravescenti, quum plebis ad extremas incitas interdum redactae prorumpens furor, febris instar, mox sedata restingui soleat, vel eorum etiam gravitati, qui, quod de multis sui temporis Romanorum optimatibus Cicero (*Acad. pr.* II, 2) queritur, *omnino Graecas non amant litteras, et philosophiam, aut qui, etiamsi haec non improbent, tamen earum rerum disputationem principibus civitatis non ita deo-ram putant* (cf. *Tusc.* V, 2). Sed mittamus orationem, in qua vir in quocunque scriptorum genere sui perpetuus admirator,¹⁰⁷⁾ de laudibus suis praedicando, male simulata earum ad rem necessitate, eloquentia foede abusus, suam ipsius superat vanitatem. Audiamus philosophum, qui (*Leg.* I, 23) verbis magnificentissimis *civem totius mundi, quasi unius urbis*, tanquam alter Socrates, *se agnoscit, in conspectu et cognitione naturae ipse se noscit, quod Apollo praecepit Pythius; et contemnit, despicit, pro nihilo putat ea, quae vulgo dicuntur amplissima: quamvis ne tunc immemor* (II, 1) *stirpe se ortum antiquissima, nec liber ab illa philosophorum vanitate* (*Arch.* 11), *qui in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se et nominari volunt; sed admiremur tamen, obliti ejus et inconstantiae et jactantiae, admiremur eloquentissimum Graecorum interpretem, qui* (*Off.* II, 12) *jus semper quaesitum esse aequabile statuit, neque enim esse aliter jus, cui* (*Leg.* I, 15) *quod natura propensi sumus ad diligendos homines fundamentum juris est, quique* (*Fin.* V, 23) *huic justitiae, quae est in ipsa caritate generis humani, adjunctas esse novit pietatem, bonitatem, liberalitatem, benignitatem, comitatem, quaeque sunt ejusdem generis.*

34. Etiam sequioribus temporibus Theognidis prooemium locus communis fuisse videtur, quo uterentur, qui in controversia illa toties sublata nobilitatis partes susceperant de-

¹⁰⁷⁾ *Minime sui contemtor, Quinctil.* XII, 1, 16. Apertius *Plutarchus*, qui in *Comp. Demosth.* c. *Cic.* c. 2 ἀμετρίαν in Cicerone accusat τῆς περιαντολογίας.

fendendas, ut Plutarchus, Stoicorum obtrectator, in Vita Lycurgi et in dialogo de Nobilitate (ap. *Stob.* 88 p. 498, v. annot. ad v. 1); et Pseudophocylides etiam v. 187 ss. quamvis non de nobili, sed de bona uxore loquitur, tamen obtrita illa utitur imagine. Plutarchus, quomodo simplicem Theognidis sapientiam ab arietibus equisque alendis derivatam explicet et philosopha ratione augeat, dignum est quod examinetur c. 10 (ap. *Stob.* 86 p. 494). Multo autem subtilius diu ante Pseudoaristoteles c. 14 (ap. *Stob.* 88 p. 499) Ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, πολλὰ παρασκευάζειν, οἷα περ αὐτῆ κ. τ. λ. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθός, μὴ ἔχει δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως, ὡς τίθειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει τοιαύτην δύναμιν ἐν τοῦτοις ἀρχὴ τοῦ γένους κ. τ. λ.¹⁰⁸). Cum quibus comparetur compiler ipse c. 19. Sententia opposita defensorem naeta est magnum Boethium; atque is quidem nobilis homo summisque honoribus functus, qui tam Platonis Aristotelisque philosophiam quam Christianae religionis dogmata imbiberat, *nobilitatem favoremque popularem, quae videantur quamdam claritudinem comparare* (*Consol.* III, 2), *propriam dignitatis pulcritudinem non habere et veram illam reverentiam per has umbratiles dignitates non posse contingere* (III, 4) ostendit. *Ignis quidem ubique terrarum nunquam tamen calere desistit. Sed dignitatibus quoniam (officium suum) non propria vis, sed hominum fallax annectit opinio, vanescunt illico, cum ad eos venerint, qui dignitates esse non aestimant.* Cap. 5 inane nobilitatis nomen esse ait. *Quae si ad claritudinem refertur, aliena est. Videtur namque esse nobilitas quaedam de meritis veniens laus parentum. Quod si claritudinem praedicatio facit, illi sint clari necesse est, qui praedicantur. Quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut imposita nobilibus necessitudo videatur, ne a majorum virtute degenerent.*

108) Ultima scripsi ex emendatione Joannis Luzac p. 91

32. ¹ in actum suum: Plutarchi libelli novum feto
 nomine addidit, cum istius locum, qui Theognidis prooe-
 mium adhibuitur erat, in fronte et post posuit. Wittenbachius
Plutarch. T. V P. 2 p. 107. suum locum Byzantinae
 aetate extenuae, commutatum ex Simone dasset, id homine
 Latino *p. 174 et 175*. Geographica *c. 26*. ex Plinio sumta
 esset: sententias Menandri, Heracliti, Epigeni, Diophanti
 attribuitas, inde hinc non statuit *p. 175*. *Cap. 4* ex Hero-
 doto. *c. 1* ex Aristotele Plutarchi *II. 7. 2—3* huius locus
 extenuis est. Ex istodem *I. 2. 14* auctor *c. 5*. — demonstrare
 conatur, Aristonem in hoc libro, quem adversarii suae opi-
 nioni patrocinari putant, non tam iniquum esse, quam illum
 fatiant, malignitatis astutiam, sed eum ad se extulisse. De
 Byzantina aetate non aliquid inest (*c. 6*) disputatio de vi a
 virtute nunquam distincta ¹⁰⁹ et de benevolentia potentium
 (*εὐνοία, Οὐαία*) erga nationem natura servam (*τὴν φύσιν θεοῦ-
 λαν, τὴν κατασκευὴν θεοῦ*), ut summis iuris et aequi ratio-
 nis. Byzantina et aetate et aetate digna, et qua doctissimi
 nostri temporis Sophistici nisi acuminis, ut saltem inven-
 tionis iurea pereripiant. Humile est etiam genus dicendi;
 ut quem *c. 9* de Aristotele ait: *τὴν ἐκείνου τὴν εὐνοίαν ἐπαίρει
 καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν τὴν εὐνοίαν*; aut *c. 13* *σοφιστὴς* ample-
 xus vocat *εἰ ἐξ εὐνοίας ἐπιθυμίας, εἰς φησὶν πεπαιγμένος,
 ἀπὸ εὐνοίας ἐπαίρει*, et *σοφιστὴς* homines, qui mobilitati in-
 videant, *καὶ c. 21* *εἰς τὴν — αὐτῶν — μετασκευαστῶν τὴν
 εὐνοίαν*. Praeter Stobaeum tamen vel Plutarchi libellum de
 mobilitate vel alios similes adhuc superstites ad se convertere
 fortasse licet homini inepto, quem quae ex Chrysippo dat
 excerpta *c. 12. 13. 16. 17* apud Stobaeum quidem non ex-
 tent. Etiam Vita decem oratorum ex genuino Plutarchi libro,
 quem Lampriae catalogus memorat, excerpta est, admistis
 alienis.

¹⁰⁹ καὶ ἴστω αὐτὸ το κερταὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀγαθοῦ τινος· ἄνευ δε-
 μ. 3 καὶ ἐπὶ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν τὴν εὐνοίαν.

II. De prisca libelli nostri constitutione et conditione.

1. Tota, qua claruit Theognis, poesis, vel ea certe, quam in formam disciplinae cujusdam civilis atque moralis continua sententiarum serie ipse redegisse videtur, gnomica fuit, amatoriiis et ludicris carminibus non intermixtis. Patet hoc ex loco Xenophontis a *Stobaeo Serm.* 88 p. 499 servato. Θεόγνιδός εἰσιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως. οὗτος ὁ ποιητὴς περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποιήται ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων (περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν titulus erat libelli Aristotelici, aliorumque), καὶ ἔστιν ἡ ποίησις σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων, ὡςπερ εἶ τις ἵππικὸς ὢν συγγράψει περὶ ἵππικῆς. Cui testimonio non nihil auctoritatis accedit ex *Plat. Leg.* I p. 630, ubi cum Tyrtaeo, fortitudinis praecone, comparatur Theognis. Τοῦτον (Theognidem) δὴ φαμεν ἐν πολέμῳ χαλεπωτέρῳ ἀμείνονα ἐκείνῳ πάμπολυ γίγνεσθαι, σχεδὸν ὅσον ἀμείνων δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ φρόνησις, εἰς ταῦτόν ἐλθοῦσαι μετ' ἀνδρίας, αὐτῆς μόνης τῆς ἀνδρίας. Tangit h. l. Proclus *Commentar. ad Plat. Tim. et Remp.* p. 402. Audiamus porro Isocratem *ad Nicocl.* c. 12. Κακείνῳ μοι πρόδηλον ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ τῶν ποιημάτων καὶ τῶν συγγραμμάτων χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσι, ἀλλὰ ταῦτό πεπόνθασιν, ὅπερ πρὸς τοὺς νοουθετοῦντας, καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες, πλησιάζειν δ' οὐ βούλονται· ἀλλὰ μᾶλλον αἰροῦνται συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσι. σημεῖον δ' ἂν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους συμβούλους γεγενῆσθαι τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων· (cf. *Theogn.* 58) ταῦτα δὲ λέγοντες, αἰροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις. ἔτι δ' εἶ τις ἐκλέξειε καὶ τῶν τῶν τὰς καλουμένας γνώμας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνοι διατεθειμένοι εἰσὶν, ὁμοίως ἂν καὶ πρὸς ταύτας διατεθεῖται. magis Theognidis libro, quam Hesiodi et Ph.

logiis ea immixta fuisse, quae lasciviae hominum velificarentur; sed similem et reliquorum et istius librum habuisse speciem, ac si Homeri aliorumque summorum poetarum gnomas excerptas et in unum collectas haberemus. Hinc non mirandum est, si tum Antisthenes, Socratis discipulus, operis exhortatorii parti secundae indicem fecit *περὶ Θεόγνιδος*; ¹¹⁰⁾ tum Xenophon super nostro poeta librum scripsit, in deperditorum ejus operum catalogum (ad quadraginta eum libros composuisse *Diogenes* II, 56 testatur) inserendum, siquidem fides merito est Stobaei lemmati I. I. *Ξενοφώντος ἐκ τοῦ περὶ Θεόγνιδος*. At quantum in hoc sit momenti, quod Socraticos philosophos, de virtutibus disputantes, Nostri libello quasi enchiridio quodam, in quod commentaria conscriberent, usos videmus, uberiore non eget explicatione. Neque id mirum, quum Theognidem inter eos fuisse, quos Atheniensium pueri memoriter addicerent, ¹¹¹⁾ vix ac ne vix quidem dubitari possit. Hinc saepe presse eum sequitur Sophocles (v. ad v. 169. 419. 543. 881. 939 in ima pagina et ad v. 655 in Commentario), quo vel solo Theognis de meliore nota nobis commendari possit; nec minus in eo imitando creber est Euripides, et jam fortasse Aeschyli scribentis animo aliquando ille obversatus est (v. ad v. 287. 397 in ima pag.). Hoc modo totam fere antiquitatem Theognis peragravit, juventutis optimus praeceptor atque consiliator; et Julianus Imperator (ap. *Cyrill.*

110) *Diogen. Laert.* VI, 16. *Περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας προ-
τρεπτικός πρῶτος, δεύτερος, τρίτος. περὶ Θεόγνιδος, τέταρτος, πέμπτος.*

111) *Aeschines c. Ctesiph.* p. 525. Reisk. (73) *Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας, τὰς τῶν ποιητῶν γνῶμας ἐκμανθάνειν, ἐν ἀνδρῶς ὄντες αὐταῖς χρώμεθα.* Et diu ante *Isocr. ad Nicocl.* init. *Πρὸς δὲ τούτοις, τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων ὑποθή-
κας, ὡς χρῆ ζῆν, καταλελοιπάσιν· ὥστ' ἐξ ἀπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοῦς (τοὺς ἰδιώτας) βελτίους γίνεσθαι.* Obiter exscribo locum ex *F. H. Jacobi Operibus* T. V p. 199. *Was die wirklich großen und tugendhaften Männer aus den übrigen Staaten Griechenlands angeht, so hatten diese sicher ihre Vortrefflichkeit nicht allein der bürgerlichen Verfassung, worin sie lebten, und den öffentlichen Sitten zu verdanken, sondern eben so sehr, und vielleicht in merklich höherem Grade, den Lehren der Weisheit, wovon sie durchdrungen waren.*

c. Jul. l. VII p. 224 Spanh.) ipsum cum Phocylide et Isocrate Salomonis proverbiiis praefert. Ad quod Cyrillus, cujus hic liber scriptus est circa annum 433, reponens (ibid. p. 225), Theognidem et Phocylidem fatetur conscripsisse quidem et ipsos *χρηστομαθῆ, ψιλὰ καὶ κεκομψευμένα, ὅποια περ ἂν καὶ τίτθαι κόροις, καὶ μὴν καὶ παιδαγωγοὶ φαῖεν ἂν νοουθετοῦντες τὰ μειράκια*. Hic vero scriptor Theognidi, si obscoena aderant carmina, amoris infamiam profecto obiecturus fuisset. Sed quid attinet ad alios advertere animum, quum ex Theognidis ipsius verbis *Κύρνε, σοφιζομένω μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω τοῖςδ' ἔπειν*, appareat, *philosophum* eum egisse ab initio operis ad finem usque? Hi loci, si quem hodieque fugiat, quam quodque poeseos genus apud Graecos suis fuerit legibus adstrictum, quam sint omnia intemperate atque sincera servata, vel invitum fateri cogunt, falsa esse, certe non in vetus et genuinum Theognidis opus valere, quae apud Suidam leguntur, amatoria et obscoena carmina ethicis esse interspersa; et novo exemplo ostendunt, quanti errores, centies saepe recocti, hinc orti sint, quod qui historiam litterariam texerent non ab iis, quae veteres probatique auctores memorassent, et a contemplanda ac ponderanda argumenti ipsius ratione, sed a Suida vel Scholiastae alicujus notula quaestionem instituere exorsi sunt.

2. De scriptis Theognidis Suidas haec habet. *Ἐγραψεν ἐλεγίαν εἰς τοὺς σωθέντας τῶν Συρακουσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη βώ (δισχίλια ὀκτακόσια legitur ap. Eudociam) — καὶ πρὸς Κύρνον, τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων, καὶ ἑτέρας ὑποθήκας παραινετικὰς, τὰ πάντα ἐπικῶς. — Καὶ παραινέσεις μὲν ἔγραψε Θεόγνης· ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων παρεσπαρμέναι εἰσὶ μιαρίαι καὶ παιδικοὶ ἔρωτες καὶ ἄλλα ὅσα ὁ ἐνάρετος ἀποστρέφεται βίος*. De Elegia vidimus supra I, 5. Reliqua quomodo sint expedienda, quum Suidae lexicon ita compilatum esse constet, ut modo auctores *ὁμώνυμοι* confundantur, modo de uno eodemque variorum scriptorum annotationes cumulentur, atque adeo interdum

ita separatim insertae sint, quasi plures nomine, patria, aetate, scriptorum genere conjuncti vixissent, facile apparet. Sunt enim et hi loci e diversis membranis excerpti, quos, quo id facilius intelligeretur, virgulis distinxi. Sic nimis ambigua Cl. Franckii (*Callin.* p. 87) emendatione carere possumus. Ac prima quidem, *γνώμης δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη βώ*, optima sunt notae, ex vetere scriptore desumpta, ac libri et argumentum mere sententiosum atque morale, et mensuram vere declarare videntur. Quod sequitur scholion, de eodem opere loquitur ita, ut de argumento non discrepet, sed pro versuum numero formam libri indicet. Parum autem apte idem voce *ἐπικῶς* utitur; quum *ἔπη* quidem elegiaci versus vulgo et a Theognide ipso appellentur, sed adverbium non nisi de poesi epica usurpari soleat. Reliqua cum scriberentur, liber iste deperditus erat, eaque ad nostram spectant farraginem. Tertio igitur eadem res perhibetur. Gnomas vocat primus, alter Gnomologiam, quo nomine Theognidea etiam a Plutarcho (*de aud. poet.* 2) citantur, tertius Parae-neses, uti etiam apud Stephanum Byz. et Aphthonium appellantur. Plato (*Men.* 36) *ἐλεγεία* nuncupat, quae vulgaris variorum carminum, tam gnomiorum quam cujuscunque generis hoc metro scriptorum appellatio est; Schol. Thucydidis *ὑποθήκας*. Non indices hi sunt libro alicui peculiare, sed varia gnomicae poeseos vocabula, ut *παραγγέλματα* quoque (apud Plutarchum de Chilone), *λήξεις*, ut Hesiodi in Operibus et Diebus, qui *θεῖοι λόγοι* vocantur a Maximo Tyrio XVI (XXXII p. 380). Voce *παραίνεσις* de iisdem utuntur Xenophon (*Memor.* I, 3, 3) et Lucianus (*Dissert. c. Hesiodo*); *ὑποθήκαι* citantur Chironis, Hesiodo adscripti, Tyrtaei, Periandri, Solonis, *εἰς ἑαυτόν*, Draconis, Pythagorae, et omnino veterum Gnomiorum ab Isocrate, Isocratis ipsius ab Harpocrate cet. Quidam *ὑποθήκας παραινετικές* dixerunt. In Anacreonte ap. Suidam similem in modum discernendum est, ubi verba *βίος δὲ ἦν αὐτῶ κ. τ. λ.* recentioris sunt, qui *τὰ καλοῦμενα Ἀνακρεόντεια* noverat. Tan. Faber et Harlesius (*Bibl.*

Graec. T. I p. 704) juniorem Theognidem, poetam Megarensem, inducunt, ex Eudocia (p. 227.) "Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Μεγαρεὺς ἄλλος τις Θεόγνης. Qui error fluxit ex Suida, ita pergente: Θεόγνης τραγωδοποιητῆς ἐκ τῶν λ' (τυράννων) — "Ἔστι δὲ καὶ ποιητῆς (ἐπῶν, cui opponitur τραγωδοποιός) ὁ Θεόγνης. οὗτος δ' ἦν Μεγαρεὺς. Scilicet quartum hoc est scholion de ipso nostro Theognide agens, separatim olim habitum et loco non suo appictum, quo decepta Eudocia duo poetas Megarenenses posuit. ¹¹²⁾

3. Ne seorsum quidem, si in gnomologia locum non habebant, edita esse a Theognide, vel ejus nomine ferri poterant epigrammata amatoria et potoria. Unde enim esset, quod veterum auctorum nemo usquam ejusmodi carmina memoret, quae, si famam nacta essent, et a Meleagro in coronam inserta fuissent, nec potuisse ab omnibus, quibus seriores librorum heluones usi sunt, sileri, facile credas, si reputes hominis celebritatem et singularem argumenti a gnomica poesi discrepantiam, quae multos advertere debuisse videtur, et simul observes, in Solone quidem, quod ad puerorum amorem proclivior fuerit et in carminibus de mollitiis deliciisque multo plura quam philosophum deceat jactaverit, nequaquam praeteriri silentio. (V. *Plutarch. Solon.* 1. 3). Quod contra Theognis ab amatoriorum itemque convivialium carminum poetis aperte discernitur a Dione, scriptore perito, in orationis secundae initio, ubi narratur, Alexandrum, rogatum a patre, quid esset, quod solum e poetis Homerum legeret, respondisse, non omnem poesin regem decere. *Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ποιήματα, ἔγωγε ἠγοῦμαι, τὰ μὲν συμποτικά αὐτῶν, τὰ δὲ ἐρωτικά, τὰ δὲ ἐγκώμια ἀθλητῶν τε καὶ ἵππων νικῶντων, τὰ δ' ἐπὶ τοῖς τε-*

¹¹²⁾ Grammaticum Theognidem cognoscimus ex *Etym. M.* v. Ἀμβρόσιος. — Ὁ δὲ Θεόγνης γράφει τὸ π̄ δίφθογγον (ἀμβρόσιος). σημαίνει δὲ τὸν εὐδαιμόνα; nisi Θεόγνωτος legere malis, quum hujus nominis Grammaticus saepius ab *Etym.* laudetur. Certe Nostri metrum non fert ἀμβρόσιος.

θνεῶσι θρήγους· τὰ δὲ γέλοτος ἔνεκεν ἢ λουδορίας πεποιημένα· ὡς περ τὰ τῶν κωμωδιοδιδασκάλων, καὶ τὰ τοῦ Παρίου ποιητοῦ, ἴσως δὴ τινὰ αὐτῶν καὶ δημοτικὰ λέγουτ' ἄν, συμβουλευόντα καὶ παραινοῦντα τοῖς πολλοῖς καὶ ἰδιώταις, καθάπερ οἶμαι τὰ Φωκυλίδου καὶ Θεόγνιδος· ἀφ' ὧν τί ἂν ὠφελήθηται δύναίτο ἀνὴρ ἡμῖν ὅμοιος; (Ultima petita sunt ex Isocratis ad Nicoclem introitu). Uti possumus et Plutarchi loco *de aud. poet.* 2, ubi de Empedoclis et Parmenidis versibus, Nicandri Theriacis, Theognidis gnomologiis haec sententia fertur, a poesi talia non nisi ornatum quendam metri et dictionis mutuari, argumento ad pedestria opera accedere; nam hoc iudicium ad bonam Theognideorum, qualia feruntur, partem non quadrat. Nec non et Athenaeus, seculi tertii initio florens, rei nostrae favet. Quamvis enim jam tum in Theognidem aliorum lusus quosdam irrepsisse et cum genuinis coaluisse videmus, perquam tamen a nostro diversam fuisse oportet istius libri formam, quia Athenaeus, qui id studiose saepe agit, ut si qua labes esset in summorum virorum operibus moribusque, in lucem eam protrahat, in Theognide nihil habuisse videtur, quod arriperet praeter v. 917 et 1057. Plura si adfuissent, et quae melius probarent, Theognidem fuisse in voluptates pronum, his puto, usus fuisset. Ἦν δὲ, ait ille, καὶ ὁ Θεόγνης περὶ ἡδυσπάθειαν, ὡς αὐτὸς περὶ αὐτοῦ φησι διὰ τούτων· (917—22) οὐδὲ τὸ παιδεραστεῖν ἀπαναίνεται ὁ σοφὸς οὗτος (1057—60). Praeterea aenigma v. 1111 s. Theognidi ab Athenaeo adscribitur. Hactenus igitur eo redit ratiocinatio nostra, ut, si quaedam Theognidis fortasse fuerint carmina hilariora, neque in gnomologiam ea recepta, nec lasciva aut indecora, et admodum pauca fuisse contendamus.

4. Atque hic, antequam ulterius progrediamur, de eo verbo monendum, quod Cyrnum, quem toties poeta per gnomologiam ipsam nuncupat, delicias ejus (ἐρώμενον) cum Suida vocant Photius atque Hesychius; unde suspicio facile oriri possit, amorem ab illa poesi non adeo alienum fuisse. Ca-

merarius ad v. 859 (19) Cyrnum ἔταιρον⁹ vocari jubet; οὕτω γὰρ εἰπεῖν εὐλογον; atque ita etiam C. Barthius (*Advers.* XXVII, 9) prudenter: *Theognis quanta simplicitate amatorem Cyrno mentitur, ut pectus ipsius imbuat vera sapientia. — Ipse vero se et sanum semper fatetur et detestatur injusta facta. Unde liquet amorem nominare, sapientiam Cyrni quaerere.* Cyrni allocutionem ad solam adeo libri formam pertinere demonstrari potest. Primum didascalico carmini communi usu antiquitus inhaerebat apostrophe. Ac profecto, qui apud lyricos quoque poetas obtinuit mos, ut amico blande compellendo speciem quandam rei non fictae, sed verae efficerent, qua maxime movetur affectus, vel, quo vellent animo sensa sua excipi, significarent, quasi non alienissimo cuique, sed amicis tantum penetralia pectoris aperientes, is gnomicae poesi magis etiam conveniebat. Mitigata enim per paternae benivolentiae significationem praeceptorum severitate, facilius illa se in juvenum animos insinuabant. De apostrophe in universum disputat Buttmannus in *Comment. Acad. Scient. Berol.* 1815 Class. Hist. p. 23. *Die sinnvolle Art der Alten war, über einen Gegenstand, der dem Herzen nah war, so zu sprechen, dass man dabei eine geliebte, geachtete Person, an welche man seine Gedanken gleichsam gesprächweise richtete, vor Augen hatte. Nicht edler und gemüthlicher konnte diefs ausgesprochen werden, als durch den einfachen Vocativ, den man an schicklicher Stelle anbrachte. — Wenn Horaz ein schönes Griechisches Original, wie Μηδὲν ἄλλο φύτεύσης πρότερον δένδρον ἀμπέλω, wörtlich so übersetzt: Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem, so sieht man deutlich, dass er seiner Nachbildung durch diese Anrede nur ein gemüthlicheres Gepräge geben wollte.* In orientalium linguarum gnomis simpliciter filii, amici, fratris appellationes sine proprio nomine usurpari solent, quibus omnibus promiscue utitur Ferid-Eddin Attar in admirabili illo a Viro ill. Silvestri de Sacy eleganter edito Consiliorum libro. Hesiodus fratrem affatur, non magis nomine vero, quam per-

sona, quamvis de hoc veteribus longe aliter visum (ut *Plutarcho* fragm. XI, 7), Chiron in poemate Hesiodico Achillem (*Paus.* IX, 31, 3), Amphiaraus in Gnomis, ad quarum unam in sua quadam respexit Pittacus,¹¹⁵⁾ filium Amphilochem, Orpheus Eumolpum et Musaeum, Eumolpus Musaeum, filium suum, gnomae duae inter Homericæ epigrammata Thestoridam et Glaucum. Quod autem Theognis simul patris, simul amatoris affectum erga Cyrnum hic illic profiteri videtur, hoc ad vetus Dorum institutum puri verecundique puerorum amoris existimandum est, de quo nuperrime egit O. Müllerus noster (*Dor.* T. II p. 292 ss. cf. liber meus, cui titulus *Trilogie Prometheus* p. 356 419). Poeta igitur et veteres gnomologos, Chironem maxime puero Achilli sapientiae praecepta instillantem et suae gentis morem ab Eleorum, Thebanorum aliorumque levitate et licentia probe discernendum, imitatur, qui in Herculem etiam, divinum gentis exemplar, translatus est. Hylam enim ille ap. *Theocr.* XIII, 8:

— πάντ' ἐδίδαξε, πατήρ ὡσεὶ φίλον υἱά,
ὅσσα μαθῶν ἀγαθὸς καὶ ἀοιδίμος αὐτὸς ἐγέντο.

Megarenses quidem, ob festum Philesii Apollinis nequitiam¹¹⁴⁾ et Eleorum juvenilia venustatis certamina¹¹⁵⁾ imitans ap. *Theocr.* XII, 27, erit qui dicat a vetere Dorum more in lasciviam degenerasse. Sed *Νισαῖοι Μεγαρεῖς* Theocriti non esse videntur, quos vult Scholiastes, Megarenses Nisaei cognominati, sed Nisaei, Megarensis civitatis, cujus pars erant, titulo ornati, et in hos, quamvis ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς Me-

¹¹⁵⁾ *Aristot. Rhet.* II, 12, 6. Amphiaraus docuisse videtur spernendas esse divitias, fugiendam avaritiam, quod contra Pittacum, juvenes aeris prodigos, dum, qualis opum usus sit, nondum experientia docti noverint, taxasse conjicio. *Φιλοχρήματοι δὲ ἤκιστα (οἱ νέοι), διὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπεισῶσθαι ὡς περὶ τὸ Πιττάκου ἔχει ἀπόφθεγμα εἰς Ἀμφιάραον.* Amphiaraei gnomologiam, veterem poesin, imitatus carmine quodam videtur Pindarus. Vid. Boeckh. in fragm. p. 647 s.

¹¹⁴⁾ *Lutat. ad Stat. Theb.* VIII, 198.

¹¹⁵⁾ *Theophr.* ap. *Athen.* XIII p. 609 F.

garenses in universum dici poterant, ex Minoia inde aetate nautae, propius tamen illud quadrat, maritimae quippe urbis, quae totius civitatis navale esset, incolas. Illic igitur, in Atticae confinio, ludum amatorium actum esse conjicio, et memorabile est, quod Athenis Diocles, cui festum institutum, profugus advenisse ferebatur. Ita Corinthi etiam et in aliis Graecorum emporiis negotiatores peregrini puellarum Venerarum instituti, a patriis moribus alieni, auctores fuerunt. Theognidem autem quo minus illa in re poesis ejus cum Solonis aut Pindari, divini alioquin viri, laudibus puerorum confundatur, non obliviscendum est, senem gnomas ad Cyrnum scripsisse, quod historicae probant rationes, accedente etiam unius loci v. 283 testimonio diserto. Quamvis hunc quidem versum nolumus urgere, ob apostrophē παῖ, apud Nostrum alias non obviam, qui pro ea Κύρνε, non proprium, ut videtur, nomen, sed vetus appellativum, quo ipso fictio proditur, frequentet. Κύρνε enim, ut supra (I, 18) ostendimus, sonat fere *fili*, non absimile Hesiodico fratris alloquio.

5. Iam hoc si tenemus, didascalicam sive praeceptivam fuisse Theognidis poesin, de virtute hominum et pravitate, ut Xenophon ait, et, quantum id nunc ex disturbatis et discerptis membris fieri licet, perquirere cupimus, qualis integri corporis habitus fuerit et genuina forma, inde faciendum erit initium, ut, quae vel ab operis ratione, etiamsi a Theognide, sed alio tempore et consilio, scripta fuissent, vel omnino a nostro poeta aliena et perverse intrusa esse certo sciri possit, excludamus. Quibus expunctis supererunt fortasse quaedam non a Theognide, sed ab imitatoribus profecta, et posteriore aetate, colligendi, quae ad idem poeseos genus pertinerent, studio, ipsi adscripta, quae discerni non possint, vel si aliqua specie veri possint, non debeant certe a reliquis separari, quia major est comparationis instituendae, quam disjunctionis nimis sedulae utilitas. Varii generis sunt, quae in eliminandorum censum veniant, et maxime quidem huc pertinent:

... Mimnermo, Soloni, Eueno,
... contra quorum testimonium col-
... si omnia multo majorem
... fides adjungi posset,
... Hesiodi Eois expressa, quibus
... sed, si quid aliud, non

... ut iucillis expellantur, designasse
... de quibus diversae for-
... Parodiarum lusi-
... in tota vita, sermones, con-
... Ipsa autem parodicae poeseos
... inprimis sedem haberet, quas
... Moserum.¹¹⁶⁾
... iudicium, et morum prae-
... non serio oppugnando, sed ca-
... procaciter propelli solent:
... vim habet jocandi in-
... homini cupido atque voluptas.
... quo quaeque paraeneses majo-
... eo facilius in deteriorem et
... Quid mirum si Theognidi
... cuius sententiae pueris omnibus in-
... ortum est, quod ex Comico quo-
... in hac editione indagatas com-
... servavit vestigium Hesych. v. Πολυ-
... Βόμβον ἐπαινήσω,

... Dactyl u. Creuzer Vol. VI p. 267.
... Aristophane, Plutarcho et Lu-
... esse disp. 2. Luci-
... Hunc Theognidem Fabricius a
... Erasmum, qui in Adagiis
... ob metrum, opinor, iambi-
... sumptum putabat, falsa adjecta ejus in-

[Πολυπαίδη.]. Non exstat gnoma tam inficete παροιδουμένη; male enim interpretatur Heinsius. Apud Philostr. *Vit. Soph.* I, 5 p. 486, quod Noster praecipit v. 419:

Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὅς ποτὶ πέτρον,
τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη·

traduxit quidam ad Philostratum Academicum:

Πανσόφου ὀργὴν ἴσχε Φιλοστράτου, ὅς Κλεοπάτρα
νῦν προσομιλήσας, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη. ¹¹⁸⁾

Ita quod Hesiodus *Op.* 267 ait:

Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλω κακὰ τεύχων,
ἢ δὲ κακῇ βουλή τῷ βουλευσάντι κακίστη,

Democritus Chius, musicus, in Melanippidem accomodavit, pro antistrophis anabolis utentem, *Aristot. Rhet.* III, 9:

Οἱ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλω κακὰ τεύχων,
ἢ δὲ μάκρ' ἀναβολὴ τῷ ποιήσαντι κακίστη.

Aristophanes *Thesm.* 528 in veterem gnomam rhetorem facete infert; incertus ap. *Gell.* II, 6 in sententiam p. 37 a nobis allatam: Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν, κηπωρόν. Tetrastichon ab Athenaeo exscriptum v. 1057 — 60 paulo jactantius dictum ejusmodi fere, quale legimus v. 1205 — 8, ironice imitari videtur. Theognidis gnomam ap. eundem Athenaeum per parodiam corruptam esse, in *Notis* v. 919 conjecimus. Singulas ejus locutiones versusque haud raro imitantur et mutantur amatoriorum lusuum auctores (vid. ad v. 1276. 1293. 1347). Cynni et fortasse

¹¹⁸⁾ Etiam v. 750:

Σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, μικρόν, ἐμοὶ δὲ μέγα,
dicto subesse videtur, quod legimus ap. *Aristot. Eth. Eud.* VII, 10: Ἐνδέχεται γὰρ καὶ τὰναντία γενέσθαι, ὥσπερ ἐν τῷ λόγῳ, σοὶ μὲν παιδίαν τοῦτο εἶναι, ἐμοὶ δὲ θάνατον, quae ad istum typum facile in hunc versum restituas:

Σοὶ μὲν παιδία τοῦτ', αὐτὰρ ἐμοὶ θάνατος.

Ultima in παιδία in tali lusu corripī posse videtur, ut in ὠρία, v. *Jacobs.* ad *Anthol. Pal.* p. 56 cf. 926. Similis ad formam est Eueni pentameter, λόγος παλαιός:

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστιν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

etiam aliorum, qui in gnomologiis celebrati essent, nominibus cum irrisione abusi sunt joculatores versificantes. Quia enim juvenes, a poetis, tanquam praeceptoribus suis, benigne toties compellati, ipsi quoque aures semper arrigere videbantur, ut normae quaedam obedientiae et omnium virtutum exempla evaderent, gnomas in κώμους, morum praecepta in corruptelarum illecebras convertere obvium erat. Hoc modo quum epigrammati impuro Cyrni nomen v. 1116 illatum esse meridiana luce clarius sit, eosdem mihi videor sentire sales et v. 1129 s. quod quidem dist. solo Cyrni nomine parodia esse videtur, et γ. 1141, quia ad Simonidem etiam gnomas scriptas fuisse constat (cf. ad 1107). Pro eo, quod v. 69 vulgo legitur Σοὶ δέ τοι, οἷά τε παιδὶ φίλῳ, ὑποθήσομαι, quo Sylburgius in praefat. probaturum se putabat, Cynnum amasium fuisse, Cod. Mutin. praebet οἷά τε παιδὶ πατήρ, et oritur suspicio, non forte casuque, sed per petulantiam introductam esse vulgatam. Sed longe petulantissimum est, quod eleganti carmini v. 865 — 80, quod quamvis genuinum esse nequeat praestari, antiquum certe et Theognideum habet colorem, quasi coronidis loco subjicitur clausula epigrammatis amatorii (1125 s.), qua quidem, quae poeta elato sensu et gloria accensus canit, ἀπροσδοκῆτως deprimuntur et delentur, ferè ut pium sepulchrale votum (*Anthol. Pal.* p. 538):

Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφῃ κόνις, οἰκτρὸν Νέαρχε,
annexo pentametro perditur:

ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερεύσωσι κύνες.

Praecipua parodiarum gnomicarum fabrica fuit Comodia. Aristophanem ἐν Δαιταλεῦσι, in quibus juvenem sobrium introduceret aliumque male moratum (*Schol. Nub.* 529), Hesiodi ὑποθήκας lusisse docet *Phrynichus* (*Eclog.* p. 91 Lob.). Chironis in his Convivantibus partes fuisse conjicio, vel suis ὑποθήκαις, quibus Hesiodi nomen praefixum esset (*Schol. Pind. P.* VI, 19), vel aliis Hesioideis utentis. Certe Pherecrates in Chirone, de qua comoedia nuper

acute disputavit *A. Meineke* in *Commentationum miscellanearum* fasc. I 1822 c. 1, gnomologum veterem in scenam produxerat, dactylico, quod res ferebat, metro suo more praecipientem, et quidem ea, quae ad convivia pertinerent. Atque hic non ex opere suo ipsius nomine instructo, sed ex aliis Hesiodeis quaedam immiscet (cf. ad v. 1197). Epicharmi etiam fuit Chiron; sed iste poeta, qui sententias ad vitam utiles in comoediis suis frequentare solebat,

Πολλὰ γὰρ ποττὰν ζῶαν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα,

alio fortasse, quam veteris comoediae Attici poetae, consilio Chironem induxit; quamvis etiam in Epicharmi cujusdam personati comoedia, Gnomis dicta, haec immiscendi gnomas et cumulandi consuetudo traducta fortasse fuit.¹¹⁹⁾ Aliqua ex parte huc pertinent etiam *ὑποθήκαι* Arcestrati de piscibus et re coquinaria, quem catillonum (*τῶν ὀψοφάγων*) Hesiodum sive Theognidem vocat *Athenaeus* (VII p. 310 A), ut Hesiodi nomen etiam poemati didactico de salsamentis salse inditum est.¹²⁰⁾

A parodiis differunt, quae inde a v. 1143 gnomico veteri serio obloqui videntur, non forte casuque sententiam suae oppositam enuntiantia, sed dictum quoddam, cui reclamant, spectantia. Neque potuit fieri, quum haec pœsis in memoria et ore hominum versaretur, quin aliorum effata saepe ab aliis respicerentur. Sic, ut paucis aliquot exemplis defungar, Solon epigramma fecit *πρὸς Μίμνεμον εἰπόντα*: *Ἐξηκονταέτη μοῖρα κίχου θανάτου*. Ejusdem votis V, 1 — 12 Br. quae Crates *Anal.* I, 187, 6 opponit, parum a gnomica parodia differunt. Simonides *Anal.* p. 122 Cleobuli epigramma sepulchrale vituperat. Chrysippus in vetere proverbio:

Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί;

¹¹⁹⁾ *Athen.* XIV p. 648. De Chirone Epicharmi cf. *Schweigh.* Ind. p. 104.

¹²⁰⁾ *Ibid.* III p. 116 A. Id. III p. 104 B de Arcestrati Gastrologia loquitur, ἣν πάντες οἱ τῶν φιλοσόφων γαστρίμαργοι Θεογονίαν τινὰ αὐτῶν εἶναι λέγουσιν, τὴν καλὴν ταύτην ἐποποιῖαν, ubi nondum correctum esse a quoquam *Θέογγιν* mireris sane.

substituunt *εὐδαίμονες* (*Plutarch. Vit. Arat.*, 1). Idem tritum est quae reposuerit ad Sardanapali inscriptionem sepulchralem. ^{120*}) Posidippi carmen apud Brunckium in *Gnomicis* (p. 135) ἐκ τοῦ ἐναντίου expressit Metrodorus. Plura gnomicae epanorthoseos exempla affert Plutarchus *de aud. poet.* ut (c. 12) quod Sophoclis:

Ὅστις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου ἔστι δοῦλος κἄν ἐλεύθερος μὲν ᾖ.

Zeno ita emendavit:

οὐκ ἔστι δοῦλος ἂν ἐλεύθερος μὲν ᾖ.

Idem in *Commentariis ad Hesiodum* fragm. XI, 9 Hesiodi Op. 295:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ.
ἔσθλός δ' αὖ κακείνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Zenonem mutasse refert:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ἔσθλός δ' αὖ κακείνος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ.

Quae contra dictum *Μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς*, disputaverit, *Plat. de Stoic. repugn.* 8 exponit. Theognidis verbum v. 419 Pseudophocylides v. 43, qui ejus in aliis locis amplectitur sententiam, invertit:

Μηδ' ἕτερον κεύθεισ κραδίη νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
μηδ', ὡς πετροφυῆς πολύπους, κατὰ χῶρον ἀμείβου.

Librarii etiam interdum censura non abstinerunt. Bacchylidis versus ad v. 543 transcriptos Ursinus in Cod. Stobaei ita in contrarium commutatos invenit: *Θνατοῖς μὲν φῦναι φέριστον καὶ δ' αἰλίου φάος ἔρος προσιδεῖν*. Non nunquam lasciviam corrumpendorum poetarum causam fuisse, exemplis aliquot ostendit *Handius Obs. crit. ad Catull.* p. 21.

Ipsi Theognidi, etiam praeter nobilitatis assertionem, de qua supra vidimus, insunt et alia, quae, quum nulla verbis

^{120*}) V. Naekii *Choeril. Sam.* p. 196. *Baguet de Chrysippo* p. 265.

vi facienda (cf. I, 29) eis absolvi posset, a Stoicis aperte oppugnata esse constat. Quod v. 533 dixerat:

Χρὴ πενήην φεύγοντα καὶ ἐς μεγαλήτεα πόντον

ρίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων,

quasi de homine in universum, non de civium ordine dictum esset, omnino ignobilem eum et pusillum vocabant, contra ipsi docentes, ὅτι χρὴ νόσον φεύγοντα μεγάλην καὶ ἀλγηδόνα σύντονον, ἐὰν μὴ παρῆ ξίφος ἢ κώνειον, εἰς θάλατταν ἀφεῖναι καὶ κατὰ πετρῶν ῥίπτειν ἑαυτόν. Ita *Plutarch. adv. Stoic.* 22. Alios Stoicorum pro πενήην subjecisse κακίαν, idem Plutarchus tradit de *Stoic. repugn.* 10; quo efficitur sententia, quam plures expresserunt philosophi Graeci (v. *Gatack. ad Anton.* IX, 2 p. 323). Haud minus sapientissimi viri praeceptum de ulciscendis inimicis *Theogn.* 431 respuebant; et quum in proverbio esset τὸν δακόντα δακεῖν, ¹²¹⁾ Musonius (ap. *Stob.* 19 p. 170) ita scribit: Καὶ γὰρ δὲ τὸ μὲν σκοπεῖν, ὅπως ἀντιδήξῃται τις τὸν δακόντα καὶ ἀντιποιήσῃ κακῶς τὸν ὑπάρξαντα, θηρίων τινός, οὐκ ἀνθρώπου ἐστίν. Et nimirum Socrates ap. Platonem (ad v. 431 ad marg.) docuerat, ne injuriam quidem passus licere ut injuriam rependat, ut vulgus credat: nullo enim modo injuriam esse faciendam.

Proxime tamen ad rem nostram pertinet, quod *de aud. poet.* 4 narratur: Χαρίεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θεόγγιν λέγοντα· (537)

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενήη δεδμημένος οὐ τέ τι εἰπεῖν

οὐ θ' ἔρξαι δύναται, γλώσσα δὲ οἱ δέδεται·

Πᾶς οὖν σὺ πέννης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα καὶ καταδολεσχεῖς ἡμῶν; *Bionem* hunc esse *Borysthenitam*, vidit *Camerarius*; et mirus est *Baylii* in vita *Bionis* (not. L.) circa h. l. scrupulus. Floruit *Bion* circa Ol. 120, *Cyrenaiacae*, post *Cynicae* sectae addictus. ^{121*)} Quaedam ejus exstant

121) *Philodem. ep.* 20. *Anal.* II, 88.

121*) *Diog. L.* IV, 46. *Fabric. Bibl.* praesertim autem *Wytttenb. ad Plutarch.* p.

sententiae cum apostrophe illa ad Theognidem congruentes, quae eam facile possunt praecessisse: ut ap. *Stob. S.* 93 p. 511: *Βίων ἔλεγε, καταγελάστους εἶναι τοὺς σπουδάζοντας περὶ πλοῦτον, ὃν τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρησιμότης δὲ ἀφαιρεῖται.* cf. 91 p. 504. Tum *S.* 105 p. 563: *Βίων ἔφη, τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἢ τύχη οὐ δωδῶρηται, ἀλλὰ δεδάνεικεν.* Secundum *Theonem (Progymn.* 5 p. 72) avaritiam *μητρόπολιν πάσης κακίας* dixerat, alludens fortasse ad *κακίαν*, in quam Theognis invehitur, generis sordes, quum vera demum *κακία* (ita impugnaverit Bion) in poetae ipsius divitiarum amore posita sit. Paupertatis comoda Xenophon etiam (*Sympos.* IV, 29), ex Charmidis persona, praedicat.

Sed maneamus in ea, quae ex Plutarcho constat, Bionis querelarum de opum jactura censura. Quacum si 1077 – 80 (coll. 535. 819), quos versus inter epigrammata posuimus, comparentur, confiteamur necesse est, nisi ipsius Bionis et hi sint, ovum ovo non esse similius, quam et compellandi genus in utroque dicto, et convicii ipsius materiam. Bion Theognidis librum non minus quam Antisthenes et Xenophon (§. 1) trivisse videtur. Nam etiam quod Plutarchus (de *S. N. V.* 19) ait: *Ὁ γὰρ Βίων τὸν θεὸν κολλάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν γελοϊότερον εἶναι φασιν ἰατροῦ, διὰ νόσον πάππου καὶ πυρρὸς ἔχγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος*, quis non statim ad Nostri v. 143 s. referri intelligit? Proprius autem Bioni fuit paradoxorum amor, unde Sophista, teste Acrone, cognominatus erat, ¹²²⁾ et a Wyttenbachio *nobilissimus inter philosophos sophista et inter sophistas philosophus* fuisse dicitur, *plane factus ad vanas opiniones pravasque cupiditates mordaci dicacitate confutandas.* Et sane scurram etiam interdum egit. *Diogenes* IV, 52: *Ἦν δὲ καὶ θεατρικὸς καὶ*

¹²²⁾ Notabilis de hoc viro sententia est *Plutarchi* adv. *Colot.* 52. *Εἰ γὰρ πρὸς Ἀντίδωρον ἢ Βίωνα τὸν σοφιστὴν γράφων ἐμνήσθη νόμων καὶ πολιτείας καὶ διατάξεως, οὐκ ἂν τις εἶπεν αὐτῷ· Μὲν, ὦ ταλαίπωρε, ἀτρέμας σοῖς ἐν δεινίοις.*

πολύς ἐν τῷ γελοίῳ διαφορῆσαι, φορτικοῖς ὀνόμασι κατὰ τῶν πραγμάτων χρώμενος. διὰ δὴ οὖν τὸ παντὶ εἶδει λόγου κερῶσθαι, φασὶ λέγειν ἐπ' αὐτοῦ τὸν Ἐρατοσθένην, ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσεν. εὐφυῆς γὰρ ἦν καὶ παρωδῆσαι· οἷά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα·

Ἦ πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενές, ὀλβιότυφε,
τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν·

(quibus festive inflectit Homeri *Iliad.* III, 182. I, 146:

Ἦ μάκαρ, Ἀτρεΐδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμοι.

Ἦε σὺ, Πηλεΐδη, πάντων ἐκπαιγλότατ' ἀνδρῶν.

Archytas Pythagoreus περὶ παιδείσεως ἠθικῆς scripserat librum) καὶ ὅλως καὶ μουσικὴν καὶ γεωμετρίαν διέπαιζεν. ¹²³⁾

Inopinata lux in Bionis librum ex hoc Eratosthenis dicto spargitur, cujus sensum, paulo quidem in pejus detortum, sed simillima imagine exprimas, si illum dicas fuisse *bunt wie ein Hanswurstenzug*, interspersis dicteriis, jocis et aculeatis dictis, parodiis et cujuscunque dicendi generis flosculis. Simili comparatione usus quidem erat et Plato (*Rep.* VIII p. 557 C.) Παντοδαποὶ δὴ ἂν οἶμαι ἐν ταύτῃ τῇ πολιτείᾳ μάλιστα ἐγγίγνοντο ἄνθρωποι. πῶς γὰρ οὐ; κινδυνεύει, ἣν δ' ἐγώ, καλλίστη αὕτη τῶν πολιτειῶν εἶναι· ὡςπερ ἰμάτιον ποικίλον, πᾶσιν ἄνθεσι πεποικιλμένον, οὕτω καὶ αὕτη πᾶσιν ἠθεσι πεποικιλμένη, καλλίστη ἂν φαίτοιο. τί μὴν; ἔφη. καὶ ἴσως μὲν, ἣν δ' ἐγώ, καὶ ταύτην, ὡςπερ οἱ παῖδες τε καὶ αἱ γυναῖκες τὰ ποικίλα θεώμενοι, καλλίστην ἂν πολλοὶ κρίνειαν. Sed reconditius quid Eratosthenis iudicio subest. Plato enim ad vestes pictas vel theatrorum ¹²⁴⁾ vel mulierum respicit. Et muliebria quidem

¹²³⁾ Astronomos ridiculos esse ajebat, qui quum pisciculos in ripa non videant, coelestes geminos noscere se putent. *Stob.* 80 p. 466. Geometras et Astronomos lusit etiam Menippus. *Lucian.* *Icaromenipp.* 6.

¹²⁴⁾ Tunica tragica ipso nomine erat ποικίλον, *Poll.* IV, 116, quod absolute dictum est ut τὰ ποικίλα ap. *Aeschyl.* *Ag.* 900. 910 de variegatis tapetibus. *Aelian.* *H. A.* II, 11. Θρυπτικῶς δὲ τὸ σῶμα πάν διαχέοντες καὶ ἡμπεύχοντο χορευτικὰς στολὰς καὶ ἀνθινὰς. *Plutarchus S. N. V.* 9 χιτώνας vocat διαχρύσους καὶ χλαμύδια ἀλουργὰ, regum puta. *Lucian.* *Icaromenipp.* 29 χρυσοπάστον στολήν.

ἀνδρινά seu ποικίλα meretricum fere erant, quas ἀνδρινά φορεῖν, quo ab ingenuis feminis distinguerentur, lex erat, ¹²⁵⁾

125) *Suid.* et *Phot.* Ἐταιρῶν νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἀνδρινά φορεῖν. cf. *Petit. L. A.* p. 576. Ita et Locrensiū mulieribus Zaleuci lege (*Diod. XII, 22. Suid. Ζάλευκος*), itemque Syracusanorum (*Phylarch. ap. Athen. XII p. 521 B*) ἀνδρινοῖς et aureo ornatu nullam aliam ob causam, nisi quod illo se ornatu meretriculae ostenderent, lege interdictum erat. Spartaē quoque utrumque mundum non nisi scortis permissum fuisse, *Clemens Paedag. II, 10 p. 199 (255)* narrat (*Heraclid. Pont. c. 2: τῶν ἐν Λακεδαιμόνι γυναικῶν κόσμος ἀφήρηται, οὐδὲ κομᾶν ἐξεστὶ οὐδὲ χρυσοφορεῖν*), et urbe ejectos esse, cum unguentariis, lanarum infectores, τῶν ἀνδρινῶν ἐρίων βαφεῖς, *ibid. II, 8 p. 177 (208) Strom. I p. 294 (344) cf. Athen. XV p. 686 F. Iamblichus V. Pyth. c. 51 p. 388 Kiesl.* ad Pythagoram etiam hoc institutum transfert. Τὸ χρυσοῦν ἐλευθέραν μηδεμίαν φορεῖν, μόνον δὲ τὰς ἑταίρας. cf. *Justin. XX, 4.* Quibuscum conferenda sunt Pythagorearum admonitiones, Melissa, Perictiones, Phintyos, Theanus, *Wolf. Mulier. Graec. fragm. p. 150. 194. 198. 248.* Parrhasiorum mulieres in Cereris Eleusinae festo aureo ornatu de pulchritudine certantes et χρυσοφόρους dictas (*Athen. XIII p. 609 F*), cum in istis festis multa mulieribus licita fuerint, non caro. Gnosciorum Venus, *Hesychio* teste Ἀνθεια dicta, Venus Ἐταίρα fuit procul dubio, florida veste induta. Lenones ipsi tincta tunica et ἀνδρινῶ περιβολαίῳ induebantur. *Pcoll. IV, 120, ubi v. Kühn. Leno pallio varii coloris utitur. Donat. de Com. et Trag. Institut. X tab. 6. Aurum et pictas vestes matronae non gestent, sed meretrices. Quod aliter apud Romanos habuit antiquis temporibus. Valer. Max. II, 1, 5. Ceterum ut non tristis feminarum et horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, et auro abundantanti et multa purpura usae sunt. — Clemens Paedag. III, 2: ὡς τὸν δραπέτην τὰ στίγματα, οὕτως τὴν μοιχαλίδα τὰ ἀνδρίσματα.* Musicam effeminatam II, 4 ἀνθοφοροῦσαν καὶ ἑταιροῦσαν appellat. *Artemid. II, 5* pictam vestem in somniis faustam esse meretrici διὰ τὴν ἐργασίαν, opulentae διὰ τὴν τροφήν. Viris, quod *T. H. ad Lucian. Nigrin. 14, collato Spanhemio ad Julian. Caes. p. 127 s. et Wesselingius ad Diod. IV, 4* monuerunt, pictis uti vestibus dedecori erat, quibus qui ornabantur, ut purpureis etiam aut croceis, mollitiem et luxuriam palam profitebantur, Sybaritae, Cumani, Siritae, Ephesii, *Athen. XII p. 518 E. 519 C. 522 A. 523 D. 525 C. 528 D.* Hinc non miranda eunuchis data varia vestis. *Terent. Eun. IV, 4, 16.* Ita etiam mos erat, ut effusius comissantes muliebri se et picta veste induerent. cf. ad *Philostr. Imag. p. 210 s. Jacobs.* Tibicines Romae quod Idibus Ianuarii muliebri vestiti veste per urbem circumibant, narratione a Graeculo, ut videtur, ficta, inde derivatur, quod totam noctem olim perbacchati essent ἐν ἐσθῆσιν ἀνδριναῖς καὶ γυναικαῖς. *Phylarch. Quaest. Rom. 55.* Gemella fabula est apud Coos Herculis sacerdos στολήν ἀνδρὶ caput cinctus sacrificaretur. *Plutarch. Qu.*

eaque vel βαπτία, ¹²⁶⁾ vel κατάστικτα seu ζωαία, ¹²⁷⁾ A muliebribus munditiis toto genere diversum est floridi habitus ornatusque genus Baccho, Silenis ac Satyris proprium, in quorum quidem honorem illud demum in theatra etiam receptum esse non dubitamus. Etenim laeto tempore, quando cum vere terris redduntur flores, quando in Nysa sua sive irriguo prato sacro (unde Dionysus est appellatus) Bacchus celebrabatur, florum dator, Ἄνθιος ¹²⁸⁾ sive Εὐάνθης, ¹²⁹⁾ Φιλανθής, ¹³⁰⁾ *floridus Iacchus* Catulli (*Epithal.* 252), cui eidem Ἄνθεστήρια sacra erant, quique colebatur in antris floribus ornatis, ¹³¹⁾ tum deus ipse floribus suis amictus repraesentabatur, prorsus ut Flora est *cultu versicolore decens*. ¹³²⁾ Haec est illius εὐάνθης στολή, σκευὴ ἡνθισμένη. ^{132*)} Τὸ δὲ ποικίλον, Διονύσου χιτῶν Βακχικός (i. e. in festis adhibitus.) ¹³³⁾ Cum deo Silenis Satyrisque commune fuit vestimentum floribus conspicuum. Satyricam vestem *Pollux* (IV, 118) memorat γλα-

126) *Hesych.* Ἄνθινόν, ἀνθηρόν, βαπτόν. Ἄνθη, χρώματα. Ἄνθοβαφής ἐσθής, *Sext. Emp. Pyrrh. H. I.* 148. Ἄνθος imprimis de colore rubro usurpatur, cf. ad *Philostr. Imag.* p. 11, 14. *Antip. Sid. Anthol. Pal. VI.* 206 βαπτὸν ἀλὸς πολυῆς ἀνθεσι. *Antiphil. ib. n.* 250 εὐάνθει πορφύρη. φοινικῶ ἄνθει βεβαμμένος. *Schol. ad Homericum φοινίκι φαινόν.*

127) *Poll.* VII, 55. Ὁ δὲ κατάστικτος, χιτῶν ἐστὶν ὁ ἔχων ζωα (cave animalia veritas, errore in sexcentis libris commisso, sed figurata, humanis non exclusis) ἢ ἄνθη ἐνφασμένα, καὶ ζωωτὸς δὲ χιτῶν ἐκαλεῖτο καὶ ζωδιωτὸς.

128) *Pausan.* I, 51, 2 cf. Siebel.

129) *Phanodem.* ap. *Athen.* XI p. 465 A, ubi perquam mira est Schweighaeuseri critica.

130) *Eurip.* fr. inc. 169. *Bacchus amat flores.* *Ovid. Fast.* V, 345.

131) ἐν ἀντροῖς ὕλη καὶ χλωρότητι καὶ χλόαις ἀνθέων ἀπάσαις διαπεποικιλμένοις. *Plutarch. S. N. V.* 22.

132) Hinc *Ovid. Fast.* V, 356 factum, ut meretricia turba, quippe ἀνθινοῖς ornari solita, ludos Floreales celebrare suum putaret. *Fast.* l. l. 349.

132*) *Strab.* XV p. 688. *Philostr. Imag.* I, 15 p. 26, 21 cf. *Phurnut.* 30.

133) *Poll.* VII, 47. Tunicam hanc etiam ad mollitiem Bacchi a poetis transmutati tractam esse, nil miri, quum praeterea hujus dei fabulis plura insint, quae muliebri speciei faveant. Cf. *Ovid. Metam.* III, 557. *Diod.* IV, 4, ubi Wesselingius de effeminato tantum deo loquitur, antiquiorem tunicae Bacchicae rationem non noverat.

ρίδα ἀνθινήν, de qua bene annotat *Casaubonus* (*S. P.* p. 107 Ramb.) non a varietate solum colorum eam dictam fuisse floridam, sed ex floribus fuisse contextam, qui fuerit proprius Silenorum amictus. Hos enim vetustatem florum amantissimos finxisse — τὸ φιλανθον inter Sileni symbola ponit *Porphyrius* (ap. *Euseb. Pr. ev.* III), cujus rei ratio non est obscura — ideoque tribuere illis περιβόλαια ἐκ παρ- τὸς ἄνθους, teste *Dionysio* (VII, 72). Accedit *Clemens Al.* (*Paedagog.* II, 10 p. 233) αἱ δὲ τοῖς ἄνθεσιν ἐοικῶται ἐσθῆ- τες Βακχικοῖς καὶ τελεστικοῖς καταληπτέαι λήροις, in quibus τελεστικοῖς non de mysteriis, sed de festis publicis intelli- gendum, ut τελετή ap. *Synesium* (*Encom. Calv.* p. 68 Petav.) aliosque Christianos. Eadem prorsus est significatio et origo τοῦ χιτῶνος Silenorum χορταίου, quum apud Graecos tum apud Italos. Quippe herbida vestiti tunica revirescente terra laetantur. ¹⁵⁴⁾ *Euripidis* Cyclops 505 ὑπάγει μ' ὁ χόρτος εὐφρων ἐπὶ κῶμον ἤρος ὄραις, ad Bacchi chorum vernum. Sileni autem Satyrique floridi et graminei non ab agricolis demum acti, sed in scenam etiam producti sunt. De phal- lophoris scenicis *Athenaeus* XIV p. 622: προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλιον δὲ (leg. προβόλιον) ¹⁵⁵⁾ ἐξ ἐρπύλλου καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται, στέφανόν τε ἴων καὶ κίττου. Praeter hos tamen scenicos id genus omnes vestes acu pictas aut quocunque artis genere flores imitantes gestasse, tam est probabile, quam quod maxime. Ita etiam Ithyphallorum scurrile genus, quos *Athenaeus* χειροῖσι ἀνδι- ραῖς usos narrat.

Jam utram pictae tunicae speciem *Eratosthenes*, quum *Bionem* ea primum philosophiam amixisse diceret, in mente habuerit, dubium esse nequit. Meretricii enim aut effemi- nati argumenti *Bionis* libri profecto non fuerunt, at cum Satyris ob jocandi et irridendi studium comparari poterant,

¹⁵⁴⁾ *Casaub.* l. l. p. 107 *Zeitschrift für alte Kunst* I, 535.

¹⁵⁵⁾ Emendatio haec certa nostram hujus vocabuli explicatio- nem ap. *Philostr. Imag.* I, 2 p. 207 egregie confirmat.

cum versicolore veste Satyrica, quia poetarum flosculis, parodiarum lusibus, dictionibus passim sparsis et disseminatis quasi contexti erant. Satyricum illud indumentorum genus ex multorum colorum laciniis consutum fuisse, locus Strabonis (I p. 15) indicat, qui interpretes frustra torsit, quia tunicam illam, quam Strabo, faceta cum irrisione et amphibolia, cum alio ejusdem Eratosthenis dicto componit, non exploratam habebant. ¹³⁶⁾ Eratosthenis mentem Strabo ait ad philosophiam minus fuisse aptam; nam quos solos Athenis se audivisse et quos floruisse dicat, Arcesilai et Aristonis sectatores, Apellem adeo et Bionem, qui scilicet homuncio (ex ipsius Eratosthenis sententia) floridam (pannis assutis) tunicam philosophiae primus induerit, eos longe inferiores esse adversariis eorum, Zenonis Citiensis asseclis, cujus ille, quamvis Athenis noverit, ne mentionem quidem fecerit. Sed transcribendus est locus et macula levi, ad sensum tamen gravi, purgandus. Ἐγένοντο γὰρ φησιν ὁ Ἐρατοσθένης ὡς οὐδέποτε κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἑνα περιβολὸν καὶ μίαν πόλιν οἱ κατ' Ἀρίστονα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθρώσαντες φιλόσοφοι. οὐχ' ἱκανὸν δ' οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον. ὁ δὲ Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστονα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώσαντων κορυφαίους τίθησιν, Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολὺς ἐστὶ ¹³⁷⁾ καὶ Βίων, ὃν φησὶ (alio, puta, loco) πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν. ἀλλ' ὁμῶς (ita lego pro ὁμῶς) ¹³⁸⁾ πολλάκις εἰπεῖν ἂν ἐπ' αὐτοῦ (ita corrigo pro

¹³⁶⁾ Friedemannus ad Strab. p. 59 Siebenk. locos subministrat, in quibus τῶν ἀνθινῶν muliebrium mentio fit: sed non tam in his, quam in tropo per se, quem περιβολὴν τοῦ λόγου, vestitum orationis, Einkleidung appellari monet, principalis dicti vis posita ei visa fuerit oportet. Cf. etiam God. Bernhardt. Eratosthenica p. 187 s.

¹³⁷⁾ Multum apud eum valet. Aristoph. Av. 487. Οὕτω δ' ἴσχυσε τε καὶ μέγας ἦν τότε καὶ πολὺς. Ubi Berglerus confert Herod. VII, 14 μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Suid. πολὺς, σφοδρὸς.

¹³⁸⁾ Ὅμῶς, peraeque, pariter, quod adv. in Theognidis poesi frequens esse Brunckius ad v. 75 annotat. Solon XIV, 12. οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.

ἀνδρινά seu ποικίλα meretricum fere erant, quas ἀνδρινά φορεῖν, quo ab ingenuis feminis distinguerentur, lex erat, ¹²⁵⁾

125) *Suid.* et *Phot.* Ἐταιρῶν νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἀνδρινά φορεῖν. cf. *Petit. L. A.* p. 576. Ita et Locrensiū mulieribus Zaleuci lege (*Diod. XII, 22. Suid. Ζάλευκος*), itemque Syracusanorum (*Phylarch. ap. Athen. XII p. 521 B*) ἀνδρινοῖς et aureo ornatu nullam aliam ob caussam, nisi quod illo se ornatu meretriculae ostenderent, lege interdictum erat. Spartaē quoque utrumque mundum non nisi scortis permissum fuisse, *Clemens Paedag. II, 10 p. 199 (233)* narrat (*Heraclid. Pont. c. 2: τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφήρηται, οὐδὲ κομῶν ἔξεστι οὐδὲ χρυσοφορεῖν*), et urbe ejectos esse, cum unguentariis, lanarum infectores, τῶν ἀνδρινῶν ἐρίων βαφεῖς, *ibid. II, 8 p. 177 (208) Strom. I p. 294 (344)* cf. *Athen. XV p. 686 F. Iamblichus V. Pyth. c. 31 p. 388 Kiesel.* ad Pythagoram etiam hoc institutum transfert. Τὸ χρυσοῦν ἐλευθέρων μηδεμίαν φορεῖν, μόνον δὲ τὰς ἑταίρας. cf. *Justin. XX, 4.* Quibuscum conferenda sunt Pythagorearum admonitiones, Melissae, Perictiones, Phintyos, Theanus, *Wolf. Mulier. Graec. fragm. p. 150. 194. 198. 248.* Parrhasiorum mulieres in Cereris Eleusinae festo aureo ornatu de pulchritudine certantes et χρυσοφόρους dictas (*Athen. XIII p. 609 F*), cum in istis festis multa mulieribus licita fuerint, non curō. Gnosiorum Venus, *Hesychio* teste Ἀνθεῖα dicta, Venus Ἐταίρα fuit procul dubio, florida veste induta. Lenones ipsi tincta tunica et ἀνδρινῶ περιβολαίῳ induebantur. *Poll. IV, 120*, ubi v. Kühn. *Leno pallio varii coloris utitur. Donat. de Com. et Trag. Institut. X tab. 6. Aurum et pictas vestes matronae non gestent, sed meretrices.* Quod aliter apud Romanos habuit antiquis temporibus. *Valer. Max. II, 1, 5. Ceterum ut non tristis feminarum et horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, et auro abundantī et multa purpura usae sunt.* — *Clemens Paedag. III, 2: ὡς τὸν δραπέτην τὰ στίγματα, οὕτως τὴν μοιχαλίδα τὰ ἀνδρίσματα.* Musicam effeminatam II, 4 ἀνθοφοροῦσαν καὶ ἑταιροῦσαν appellat. *Artemid. II, 3* pictam vestem in somniis faustam esse meretrici διὰ τὴν ἐργασίαν, opulentae διὰ τὴν τρυφήν. Viris, quod *T. H. ad Lucian. Nigrin. 14*, collato *Spanhemio ad Julian. Caes. p. 127 s.* et *Wesselingius ad Diod. IV, 4* monuerunt, pictis uti vestibus dedecori erat, quibus qui ornabantur, ut purpureis etiam aut croceis, mollitiem et luxuriam palam profitebantur, Sybaritae, Cumani, Siritae, Ephesii, *Athen. XII p. 518 E. 519 C. 522 A. 523 D. 525 C. 528 D.* Hinc non miranda eunuchis data varia vestis. *Terent. Eun. IV, 4, 16.* Ita etiam mos erat, ut effusius comissantes muliebri se et picta veste induerent. cf. ad *Philostr. Imag. p. 210 s.* Jacobs. Tibicines Romae quod Idibus Januarii muliebri vestiti veste per urbem circumibant, narratione a Graeculo, ut videtur, ficta, inde derivatur, quod totam noctem olim perbacchati essent ἐν ἐσθῆσιν ἀνδριναῖς καὶ γυναικείαις ὄντες. *Plutarch. Quaest. Rom. 55.* Gemella fabula est de origine moris, ut apud Coos Herculis sacerdos σπολὴν ἀνδρινὴν ἐνδεδυμένος et mitra caput cinctus sacrificaretur. *Plutarch. Qu. Gr. 58.*

eaque vel βαπτία, ¹²⁶⁾ vel κατάστικτα seu ζωτιά, ¹²⁷⁾ A muliebribus munditiis toto genere diversum est floridi habitus ornatusque genus Baccho, Silenis ac Satyris proprium, in quorum quidem honorem illud demum in theatra etiam receptum esse non dubitamus. Etenim laeto tempore, quando cum vere terris redduntur flores, quando in Nysa sua sive irriguo prato sacro (unde Dionysus est appellatus) Bacchus celebrabatur, florum dator, Ἄνθιος ¹²⁸⁾ sive Εὐάνθης, ¹²⁹⁾ Φιλανθής, ¹³⁰⁾ *floridus Iacchus* Catulli (*Epithal.* 252), cui eidem Ἄνθεστήρια sacra erant, quique colebatur in antris floribus ornatis, ¹³¹⁾ tum deus ipse floribus suis amictus repraesentabatur, prorsus ut Flora est *culta versicolore decens.* ¹³²⁾ Haec est illius εὐάνθης στολή, σκευὴ ἠνθισμένη. ^{132*)} Τὸ δὲ ποικίλον, Διονύσου χιτῶν Βακχικός (i. e. in festis adhibitus.) ¹³³⁾ Cum deo Silenis Satyrisque commune fuit vestimentum floribus conspicuum. Satyricam vestem *Pollux* (IV, 118) memorat γλα-

126) *Hesych.* Ἄνθινόν, ἄνθηρόν, βαπτόν. Ἄνθη, χρώματα. Ἄνθοβαφής ἐσθής, *Sext. Emp. Pyrrh. H.* I, 148. Ἄνθος inprimis de colore rubro usurpatur, cf. ad *Philostr. Imag.* p. 11, 14. *Antip. Sid. Anthol. Pal.* VI, 206 βαπτὸν ἄλός πολυῆς ἄνθεσι. *Antiphil.* ib. n. 250 εὐάνθει πορφύρη. φοινικῶ ἄνθει βεβαμμένοις. *Schol.* ad *Homericum φοινίκι φαεινόν.*

127) *Poll.* VII, 55. Ὁ δὲ κατάστικτος, χιτῶν ἐστὶν ὁ ἔχων ζωῖα (cave animalia veritas, errore in sexcentis libris commisso, sed figurat, humanis non exclusis) ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα, καὶ ζωωτὸς δὲ χιτῶν ἐκαλεῖτο καὶ ζωδιωτὸς,

128) *Pausan.* I, 51, 2 cf. Siebel.

129) *Phanodem.* ap. *Athen.* XI p. 465 A, ubi perquam mira est Schweighaeuseri critica.

130) *Eurip.* fr. inc. 169. *Bacchus amat flores.* *Ovid. Fast.* V, 345.

131) ἐν ἄντροις ὕλη καὶ χλωρότητι καὶ χλόαις ἀνθέων ἀπάσαις διαπεποικλιμένοις. *Plutarch. S. N. V.* 22.

132) Hinc *Ovid. Fast.* V, 356 factum, ut meretricia turba, quippe ἀνθινοῖς ornari solita, ludos Floreales celebrare suum putaret. *Fast.* l. l. 349.

132*) *Strab.* XV p. 688. *Philostr. Imag.* I, 15 p. 26, 21 cf. *Phurnut.* 30.

133) *Poll.* VII, 47. Tunicam hanc etiam ad mollitiem Bacchi a poetis transmutati tractam esse, nil miri, quum praeterea hujus dei fabulis plura insint, quae muliebri speciei faveant. Cf. *Ovid. Metam.* III, 557. *Diod.* IV, 4, ubi Wesselingius de effeminato tantum deo loquitur, antiquiorem tunicae Bacchicae rationem non noverat.

ρίδα ἀνδρινήν, de qua bene annotat *Casaubonus* (*S. P.* p. 107 Ramb.) non a varietate solum colorum eam dictam fuisse floridam, sed ex floribus fuisse contextam, qui fuerit proprius Silenorum amictus. Hos enim vetustatem florum amantissimos finxisse — τὸ φιλανθρον inter Sileni symbola ponit *Porphyrus* (ap. *Euseb. Pr. ev.* III), cujus rei ratio non est obscura — ideoque tribuere illis περιβόλαια ἐκ παρ- τὸς ἄνθους, teste *Dionysio* (VII, 72). Accedit *Clemens Al.* (*Paedagog.* II, 10 p. 233) αἱ δὲ τοῖς ἄνθεσιν εἰκνῦται ἐσθῆ- τες Βακχικοῖς καὶ τελεστικοῖς καταληπτέαι λήροις, in quibus τελεστικοῖς non de mysteriis, sed de festis publicis intelli- gendum, ut τελετή ap. *Synesium* (*Encom. Calv.* p. 68 Petav.) aliosque Christianos. Eadem prorsus est significatio et origo τοῦ χιτῶνος Silenorum χορταίου, quum apud Graecos tum apud Italos. Quippe herbida vestiti tunica revirescente terra laetantur. ¹⁵⁴⁾ *Euripidis* Cyclops 505 ὑπάγει μ' ὁ χόρτος εὐφρων ἐπὶ κῶμον ἦρος ὄραις, ad Bacchi chorum vernum. Sileni autem Satyrique floridi et graminei non ab agricolis demum acti, sed in scenam etiam producti sunt. De phal- lophoris scenicis *Athenaeus* XIV p. 622: προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλιον δὲ (leg. προβόλιον) ¹⁵⁵⁾ ἐξ ἐρπύλλου καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται, στέφανόν τε ἴων καὶ κίττου. Praeter hos tamen scenicos id genus omnes vestes acu pictas aut quocunque artis genere flores imitantes gestasse, tam est probabile, quam quod maxime. Ita etiam Ithyphallorum scurrile genus, quos *Athenaeus* χειροῖσι ἀνδι- ραῖς usos narrat.

Jam utram pictae tunicae speciem *Eratosthenes*, quum Bionem ea primum philosophiam amixisse diceret, in mente habuerit, dubium esse nequit. Meretricii enim aut effemi- nati argumenti Bionis libri profecto non fuerunt, at cum Satyris ob jocandi et irridendi studium comparari poterant,

¹⁵⁴⁾ *Casaub.* l. l. p. 107 *Zeitschrift für alte Kunst* I, 535.

¹⁵⁵⁾ Emendatio haec certa nostram hujus vocabuli explicatio- nem ap. *Philostr. Imag.* I, 2 p. 207 egregie confirmat.

cum versicolore veste Satyrica, quia poetarum flosculis, parodiarum lusibus, dictionibus passim sparsis et disseminatis quasi contexti erant. Satyricum illud indumentorum genus ex multorum colorum laciniis consutum fuisse, locus *Strabonis* (I p. 15) indicat, qui interpretes frustra torsit, quia tunicam illam, quam Strabo, faceta cum irrisione et amphibolia, cum alio ejusdem Eratosthenis dicto componit, non exploratam habebant. ¹³⁶⁾ Eratosthenis mentem Strabo ait ad philosophiam minus fuisse aptam; nam quos solos Athenis se audivisse et quos *floruisse* dicat, Arcesilai et Aristonis sectatores, Apellem adeo et Bionem, qui scilicet homuncio (ex ipsius Eratosthenis sententia) *floridam* (pannis assutis) tunicam philosophiae primus induerit, eos longe inferiores esse adversariis eorum, Zenonis Citiensis asseclis, cujus ille, quamvis Athenis noverit, ne mentionem quidem fecerit. Sed transcribendus est locus et macula levi, ad sensum tamen gravi, purgandus. Ἐγένοντο γὰρ φησὶν ὁ Ἐρατοσθένης ὡς οὐδέποτε κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἑνα περιβολὸν καὶ μίαν πόλιν οἱ κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλοσοφοί. οὐχ' ἰκανὸν δ' οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον. ὁ δὲ Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθήσαντων κορυφαίους τίθεισιν, Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολὺς ἔστι ¹³⁷⁾ καὶ Βίων, ὃν φησὶ (alio, puta, loco) πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν. ἀλλ' ὁμῶς (ita lego pro ὁμῶς) ¹³⁸⁾ πολλάκις εἶπεῖν ἂν ἐπ' αὐτοῦ (ita corrigo pro

¹³⁶⁾ *Friedemannus* ad *Strab.* p. 59 *Siebenk.* locos subministrat, in quibus τῶν ἀνθινῶν muliebrium mentio fit: sed non tam in his, quam in tropo per se, quem περιβολὴν τοῦ λόγου, *vestitum orationis*, *Einkleidung* appellari monet, principalis dicti vis posita ei visa fuerit oportet. Cf. etiam *God. Bernhardt. Eratosthenica* p. 187 s.

¹³⁷⁾ Multum apud eum valet. *Aristoph. Av.* 487. Οὕτω δ' ἔβησε τε καὶ μέγας ἦν τότε καὶ πολὺς. Ubi *Berglerus* confert *Herod. VII, 14* μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. *Suid.* πολὺς, σφοδρὸς.

¹³⁸⁾ Ὅμῶς, *peraeque, pariter*, quod adv. in *Theognidis* poesi frequens esse *Brunckius* ad v. 75 annotat. *Solon XIV, 12.* οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἐργ' ἀπάλεμνα θέλει.

αὐτό, de ipso Eratosthene ejusque libris philosophicis) ¹³⁹⁾
τοῦτο*

Οἴην ἐκ ῥακίων ὁ Βίων.

Quod expressum ex Homericis (*Odyss.* XVIII, 74):

Οἴην ἐκ ῥακίων ὁ γέρον ἐπιγουνίδα φαίνει,

num ipsius Strabonis, an aliena et vulgo nota imitatio dicti Eratosthenei in Bionem fuerit, incertum est. Sed ῥάκεια liquet pannos esse facetiarum philosophicis Bionis disputationibus assutos.

Aliam Bionis parodiam forte oblitteratam emendando restituemus. Euripides enim quum scripsisset (*Hippol.* 424):

*Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἄν θρασύπλαγγνός τις ἦ,
ὅταν συνειδῆ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά·*

Bionem Diogenes (c. 51) dixisse ait, τὴν δυσσέβειαν
πονηρὸν εἶναι σύνοικον τῇ παῖδησίᾳ·

δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἄν θρασύστομός τις ἦ.

In quibus *δυσσέβεια* verum esse nequit, quia haec Euripidis imitatio non dico otiosa et frigida, sed prorsus inepta foret: nam qui impius ipse est, timiditate et verecundia non solet laborare, nec impietatis conscientia perturbatur. Sed haud minus falsum est, quod propositum ab aliis Wyttenbachio quoque (ad *Plutarch. de lib. educ.* c. 1) placuit, *δυσγένεια*, quum talis nobilitatis aestimatio in Bionis ingenium omnino non conveniat. Mihi quidem et ad Bionis ingeniosam impietatem ¹⁴⁰⁾ et ad locum Euripidis unice accommodatum esse videtur *εὐσέβεια*, quod librarius aliquis cordatus, Bionis tamen minus gnarus, in *δυσσέβεια* facile possit mutasse. Metro hoc dictum non fuit adstrictum, uti nec quod Cicero (*Tusc.* III, 26) et Seneca (*de Tranqu. an.* VIII, 2) in Agamemnonem Homericum facetum censent Bionis verbum, *perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio*

¹³⁹⁾ Casaubonus olim voluerat εἶποις ἂν ἐπ' αὐτοῦ τοῦτον, ut ad Bionem referrentur haec verba, de quo dicat *Οἴην ἐκ ῥακίων*.

¹⁴⁰⁾ De atheismo Bionis non temere pronuntiandum esse, Bruckerus monuit. Pari prudentia paradoxon ejus de sacrilegis ap. *Senec. de Benef.* VII, 7 tractavit Baylius not. H.

moeror levaretur. Plures alias ejus sententias pedestri oratione scriptas afferunt Teles ap. *Stob. Serm.* 5 n. 67 et Diogenes Laertius.

Primum Bionem florida veste in philosophia usum esse, eo etiam notandum, quod hinc, quatenus Menippus Cynicus Satirae Varronianae auctor habendus sit, existimari potest. ¹⁴¹⁾ Nam Menippi etiam et Varronis libros, pedestres illos et vario versuum genere, parodiarum dicteriorumque emblematis, quasi flosculis, variegatos Bioneo disputandi generi admodum similes fuisse oportet. Unde perquam apte hujus quoque scripta ab Horatio (*Epist.* II, 2, 60) *Sermones* vocantur (*sale nigro conditi*); ubi Acro, mordacissimis Bionem *versibus* usum esse annotat, quasi totum opus carmine fuis-

141) Varro ap. Cic. *Acad. Qu.* II extr. *illa vetera sua, Menippum se imitatum ait, non interpretatum, quadam hilaritate conspersisse, multis admistis ex intima philosophia, multis dialectice dictis.* Quint. X, 1, 95: *Alterum illud et prius satirae genus, quod non sola carminum varietate mistum condidit T. V. vir Romanorum eruditissimus.* Id. I, 4, 4 Varronem *praecepta sapientiae versibus tradidisse ait, ubi cf. Spalding. Probus in Virg. Ecl. VI: Varro Menippeus, non a magistro, cujus aetas longe praecesserat, nominatus, sed a societate ingenii, quod is quoque omnigeno carmine satiras suas expoliverat.* Apud Quinctilianum prius non eliminandum, ad Menippum illud, Lucilio multo antiquiorem, perti- nens, cujus operibus, quum generis proprietates nomine nondum instructa fuisset, Latina appellatio applicatur. Eadem ratione Probus, contra quem frustra disputat *Casaubonus S. P.* p. 206, Menippo et, quod ipse monet magnus Francogallus, Apulejus Xenocrati Academico dant satiras (quod de Xenophane ejusque sillis ille cogitat, non felicem esse emendationem censeo); quo nomine etiam *Schweighaëuserus* in Athenaei indice p. 146 de Meleagri Gadarensis disputationibus utitur, qui Menippi civis et coaevus consimili scribendi genere claruit (*Diog. L.* VI, 99). Menippi scripta Homero Euripide- que scatebant, quod Luciani imitatio in *Necyomantia* (et in *Icarome- nippo*), *Casaubono* monente, docet; *σπουδογέλοιος* is erat (*Strab.* XVI p. 760), *φιλόκαλος* i. e. elegantiarum poeseosque studiosus (*Lucian. Necyom.* 2), *παλαιῶν κινῶν μάλα ὑλακτικὸς καὶ κάρχαρος* (Id. *Bis accus.* 55), *τοὺς ἀγενεῖς καὶ ὀλεθρίους — ἀνιῶν καὶ κατα- δῶν καὶ καταγελῶν* (Id. *Dial. M.* 2), ejusque simillimus Meleager.

— ὁ σὺν Μούσαις Μελέαγρος
πρῶτα Μενιπείαις συντροχάσας Χάρισιν.

Meleag. *Anthol. Pal.* VII, 417. Idemque sequ. epigr. in quo H. *Boschius* (T. V. p. 257) Brunckii emendationem non debet rejicere:

Μούσαι δ' εἰν ὀλίγοις με, τὸν Εὐκράτῳ Μελέαγρον
παῖδα, Μενιπείοις ἠγλάισαν Χάρισιν.

set conceptum; alius Schol. Vet. *disputationes* vocat, quibus *stultitiam* ille arguerit vulgi, quibus *pene consentiant carmina Luciliana*.¹⁴²⁾ Uti autem sermonum seu Satirarum titulus Bioni cum Menippo communis est, ita Bioneorum etiam scriptorum comparatio cum florida chlanide Satirica ab hoc ad nobiles Gadarenses transferri potest. Eadem imagine *Apulejus* in eclogarum miscellarum inscriptione usus videtur (cujus quot exstant explicationes, ab Oudendorpio et J. Bosscha in altero Apuleji volumine collectae, parum satisfaciunt), nisi quod ille fortasse de quacunque potius tunica versicolore, quam de Silenorum Satyrorumque *Floridis* seu *Ἀφιδνωϊς* cogitavit.¹⁴³⁾

Exponenda haec fuerunt, quo magis constaret, quam sit veri haud absimile, Theognidem a Bione et prosa et versibus tum serio castigatum fuisse, tum comice sugillatum. Et quoniam haec via semel patefacta est, ad hunc auctorem, et qui ejus inter Cynicos illius aetatis satiris scribendis fuerunt similes, referri debere conjicimus, non disticha tantum v. 1143 — 50. Nostri aliquot sententias perstringentia, sed facetias etiam quasdam tectiores. Sic v. 847 — 52 (quamvis e gnomologia relegare non ausus sum), in quibus nimia in primo disticho offendit simplicitas, imitator lepida quadam cavillatione poetam, integritatis suae assertorem, laude hac comice augenda, irridere videtur. In quo ad hoc etiam attendi velim, quod hi versus, quos in solam internam, quae vocari solet, rationem intenti non meram antiquitatem spirare, sed ironice dictos esse animadvertera-

142) Dialogos satiricos Bioni, ratione non adjecta, tribuit vir accurati et subacti judicii *Groddeckius* in *Historiae Gr. litterariae initiis* T. II p. 119 ed. alt. Ita Menippo dialogos vel epistolas *Cassaubonus* p. 207.

143) Oudendorpius quidem sibi placere ait *sententiam Maussaci*, haec *ἀνθρηὰ χερσὶμα* esse ipsius *Appuleji*, more oratorum *florida quaedam et exculpta loquendi genera verborumque emblemata parata habentium*, quibus uti possent, cum tempus dicendi veniebat, adeoque et integras periodos, exordia, epilogos et omni-gena dictionum schemata.

mus, cum iis cohaerent (1077 — 80), quos ex Bionis in Theognidem satira excerptos esse maximam habet, ut supra vidimus, speciem veritatis. Ex eadem Sophistarum schola derivanda videtur Cyrni irrisio et ficti in eum lusus amatorii. Atque hoc facetiarum genus fortasse Aristippus etiam, Cyrenaicorum caput, exercuerat, quamvis non cum Ficino in Vita Platonis pro certo statuo, omnino fictum ab eo esse, quod Xenophontem sub Critobuli persona in Symposio suum ipsius in Cliniam amorem expressisse significaverat, ¹⁴⁴⁾ aut Platoni ab ipso subjectum, quod in eodem libro protulerat Platonicum epigramma in Stellam. ¹⁴⁵⁾ Empedoclis etiam amicum, Pausaniam, medicum doctissimum, cui opus dedicasset, Aristippus amasium vocaverat. ¹⁴⁶⁾

c) *Epigrammata*, quae quod certas quasdam personas, locos, casus, tempora spectant, a gnomis necessario ablegantur. Theognidis nomen apud Athenaeum gerunt v. 1057 et 1111; praeterea nullum ei a scriptore quoquam vindicatur. In farraginem ut ingererentur, si singula lustres, variae cogitari possunt causae; plura, quod gnomae naturam non omnino exuissent, dum in epigrammata transmutarentur, ut v. 1031. 1035. 1037. 1063. 1073. 1075. Quod factum etiam videtur v. 365. Est hoc genus epigrammatum sententiosum, ad quod multa pertinere in Theognidis elegis et in fragmentis Solonis Jacobsius monuit (*Anthol. T. XIII p. 835.*). Neque tamen omnia statim pro epigrammatis habenda, in

¹⁴⁴⁾ In libro quarto de Antiquis deliciis, *Diogen. L. II, 49*; ipse ἀποπνέων μύρον, *Lucian. M. D. XX, 5.*

¹⁴⁵⁾ *Diogen. III, 29.* Genuinum certe non videtur. V. *Jul. Aem. Wernicke* docte disserentem de epigrammatis quae vulgo Platoni philosopho adscribuntur. *Thorun. 1824. 8.*

¹⁴⁶⁾ *Diogen. L. VIII, 60.* Operae pretium faciat, si quis in totum hoc genus parum ex nimis dissitis fragmentis cognitum, quod fuit in Cynicorum acuminibus salibusque, *παιγνίαις* et dialogis, novum id novisque istius sectae rationibus ac moribus constitutum, at cunctum tamen cum Socraticorum, Academicorum atque Peripateticorum suavitate et lepore, penitus inquirat, historiam litteraturae Graecae loco non ultimo locupletaturus, immo cujus splendore non exspectato oculi praestringantur unius alteriusve.

quibus poeta suam immiscet personam, ut v. 280. 303. 395. 399. 403. 405. 526. 649. 651. 577. 601. 811. 821 etiam et 815, aut secunda etiam utitur pro tertia, ad variandam orationem, ut 365. Ita *Solon* (V, 7) tecte hortatur: *Χρήματα δ' ἰμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι Οὐκ ἐθέλω.* Et quoties in hunc modum *Pindarus* admonet suadetque! ¹⁴⁷⁾ Quaedam in ordinem recepta esse possunt, quod inest aliquid eorum, quae apud *Theognidem* maxime obvia sunt, ut epigramma primum ob *Ἀγαθούς* et *Κακούς*, aut quartum, quod paupertatem prae se fert; sic etiam tres *Solonis* eclogae v. 1169 ss. quia de divitiis agunt, et v. 1205 — 8 ad *Simonidem*, quia paupertatem eodem, quo *Theognis* solet, modo accusant; ¹⁴⁸⁾ epigramma quintum autem (uti et 917 — 22) quia *Theognis* *Spartae* se hospitio exceptum fuisse (767) narraverat. Poterant et antiquitus quaedam ipsius *Theognidis* ferri epigrammata, et sunt fortasse nonnulla ex genuinis (ut 755. 773) in ipsa gnomologia, quae huic a poeta non fuerant intexta, sed singulatim habebantur.

d) Tum avulsimus etiam *convivalia carmina*, vel juvenilem hilaritatem spirantia vel licentiosa, quorum indoles a gnomis omnino abhorret, neque ita comparata est, ut eadem poesis illa caperet, in qua legeretur v. 69 s. 231 — 34, 265 — 68, 283 (si modo hoc dist. *Theognidis* est) et 291, quaeque magnam partem adolescentem poetam repraesentant

¹⁴⁷⁾ Hanc formam gnomae habes in *Goethii* sententia ex poesi *Orientali* translata:

Wenn Gott so schlechter Nachbar wäre,
als ich bin und als du bist,
wir hätten beyde wenig Ehre:
der läßt einen jeden wie er ist.

¹⁴⁸⁾ Ipsa *Apollinis* verba:

*Υμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
οὔτε δωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῶ,*

quae in proverbium abierunt (*Theocr.* XIV, 48. *Callim.* ep. 9. *Suid.* T. III p. 529. *Olympiod.* in *Plat. Alcib.* I p. 8 *Creuz.*), *Theognidi* a *Clemente Strom.* VII p. 766, fortasse quod ille in *Megarenses* invenitur, tribuuntur, nisi cum *Meinekio* ad *Theocr.* ap. *Teubner.* 1825

¹⁴⁸⁾ pro *Θέογγις* legendum ὁ θεός.

(ut 955. 995. 1001) atque divitem (v. 988), cum gnomologia ab aetate provento scripta sit ac inopia laborante, et unum sub adspcetum haec quoque subjecimus, quo affinia et inter se similia faciliori comparationi paterent. At vero his convivalis poeseos fines et usus non terminantur: carmina nihil nisi vinum, amorem, juventutem sonantia in gnomologia locum non habent; gnomae contra ab epulis non exulabant, quae, quo quodque aevum simplicius est et vetustius, eo magis hymnos et laudes heroum, admonitiones virtutum, consilia, seria, laeta omnia complecti et ad se vindicare solent; sed canebantur in iis, quae loco maxime convenirent, proverbiales, vitam ac mores hominum pingentes, affectum suaviter moventes.

Scoliorum, quae ad nos pervenerunt, maxima pars moralis est. Notissimus est locus Dicaearchi (apud *Schol. Aristoph. Ran.* 1327 et alios): *Τρία γένη ᾠδῶν· τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ἀδόμενον, τὸ δὲ καθ' ἓνα ἐξῆς, τὸ δ' ὑπὸ τῶν συνεισιτάων, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει, ὃ δὴ καλεῖσθαι διὰ τὴν τάξιν σκολιόν.*¹⁴⁹⁾ Rem antiqui testis fide nisam, certam atque expeditam Plutarchus (*Sympos. Qu. I, 1, 5*), quia non usu cognitam haberet, sed ex libris grammaticorum tractaret,¹⁵⁰⁾ quomodo explicet haesitat. Contra Artemon (ap. *Athen. XV p. 694 A*) Dicaearchi tradita bene exponit. Aristoxenus et Phyles ap. *Suid. v. Σκόλιον*: *Ὅτι ἐν τοῖς γάμοις περὶ μίαν τράπεζαν πολλὰς κλίνας τιθέντες παρὰ μέρος ἐξῆς μυρσίνας ἔχοντες ἤδον γνώμας καὶ τὰ ἐρωτικά σύντονα. ἡ δὲ περίοδος σκολιὰ ἐγένετο διὰ τὴν θέσιν τῶν κλινῶν.* Eustathius (ad *Odyss. VIII p. 1574, 14*) trifariam dispertit argumentum: *τὰ μὲν σκωπτικά, τὰ δὲ πρὸς ἔρωτα, πολλὰ δὲ καὶ σπουδαῖα.*¹⁵¹⁾ Haec igitur fuit quasi scena, ubi quae in ludis

¹⁴⁹⁾ Prius τὸ δὲ inserui cum *F. Astio, Grundrifs der Philologie* p. 105, quo omnis difficultas facillime et certissime tollitur.

¹⁵⁰⁾ Sic etiam *συμποσιαρχίας — ἔθος ἐκλειφθὲν παντάπασι.* *Ibid. I, 4, 1.*

¹⁵¹⁾ Quo jure Biantis *Ἀστοῖσιν ἄρεσκε πᾶσιν, ἐν πόλει αἶ κε μένης*, et Solonis *Πεφυλαγμένους ἄνδρα ἕκαστον* in § *atur,*

quibus poeta suam immiscet personam, ut v. 280. 303. 399. 403. 405. 526. 649. 651. 577. 601. 811. 821 etiam 815, aut secunda etiam utitur pro tertia, ad variandam titionem, ut 365. Ita *Solon* (V, 7) tecte hortatur: *Χρήμ δ' ἐμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπῶσθαι Οὐκ ἐθέλω.* Et quies in hunc modum Pindarus admonet suadetque! ¹⁴⁷⁾ Quaedam in ordinem recepta esse possunt, quod inest aliorum, quae apud Theognidem maxime obvia sunt, ut epigramma primum ob *Ἀγαθούς* et *Κακούς*, aut quartum, quod paupertatem prae se fert; sic etiam tres Solonis eodem v. 1169 ss. quia de divitiis agunt, et v. 1205 — 8 ad *Sinidem*, quia paupertatem eodem, quo Theognis solet, modo accusant; ¹⁴⁸⁾ epigramma quintum autem (uti et 917 — quia Theognis Sparta se hospitio exceptum fuisse (Theognis) narraverat. Poterant et antiquitus quaedam ipsius Theognidis ferri epigrammata, et sunt fortasse nonnulla ex genere (ut 755. 773) in ipsa gnomologia, quae huic a poeta fuerant intexta, sed singulatim habebantur.

d) Tum avulsimus etiam *convivalia carmina*, vel juveniles hilaritatem spirantia vel licentiosa, quorum indole gnomis omnino abhorret, neque ita comparata est, quae eadem poesis illa caperet, in qua legeretur v. 69 s. 231 — 265 — 68, 283 (si modo hoc dist. Theognidis est) et quaeque magnam partem adolescentem poetam repraesentat.

¹⁴⁷⁾ Hanc formam gnomae habes in Goethii sententia ex *Poeta Orientali* translata:

Wenn Gott so schlechter Nachbar wäre,
als ich bin und als du bist,
wir hätten beyde wenig Ehre:
der läßt einen jeden wie er ist.

¹⁴⁸⁾ Ipsa Apollinis verba:

*Υμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
οὔτε δωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ,*

quae in proverbium abierunt (*Theocr.* XIV, 48. *Callim.* ep. 9. S. T. III p. 529. *Olympiod.* in *Plat. Alcib.* I p. 8 Creuz.), Theognis a Clemente *Strom.* VII p. 766, fortasse quod ille in Megarenses vehitur, tribuuntur, nisi cum *Meinekio* ad *Theocr.* ap. Teubner. II p. 148 pro *Θεογνίς* legendum ὁ θεός.

SECRET

1. THE STUDY OF THE PROBLEM
2. THE STUDY OF THE PROBLEM
3. THE STUDY OF THE PROBLEM
4. THE STUDY OF THE PROBLEM
5. THE STUDY OF THE PROBLEM
6. THE STUDY OF THE PROBLEM
7. THE STUDY OF THE PROBLEM
8. THE STUDY OF THE PROBLEM
9. THE STUDY OF THE PROBLEM
10. THE STUDY OF THE PROBLEM

11. THE STUDY OF THE PROBLEM
12. THE STUDY OF THE PROBLEM
13. THE STUDY OF THE PROBLEM
14. THE STUDY OF THE PROBLEM
15. THE STUDY OF THE PROBLEM
16. THE STUDY OF THE PROBLEM
17. THE STUDY OF THE PROBLEM
18. THE STUDY OF THE PROBLEM
19. THE STUDY OF THE PROBLEM
20. THE STUDY OF THE PROBLEM

21. THE STUDY OF THE PROBLEM
22. THE STUDY OF THE PROBLEM
23. THE STUDY OF THE PROBLEM
24. THE STUDY OF THE PROBLEM
25. THE STUDY OF THE PROBLEM
26. THE STUDY OF THE PROBLEM
27. THE STUDY OF THE PROBLEM
28. THE STUDY OF THE PROBLEM
29. THE STUDY OF THE PROBLEM
30. THE STUDY OF THE PROBLEM

31. THE STUDY OF THE PROBLEM
32. THE STUDY OF THE PROBLEM
33. THE STUDY OF THE PROBLEM
34. THE STUDY OF THE PROBLEM
35. THE STUDY OF THE PROBLEM
36. THE STUDY OF THE PROBLEM
37. THE STUDY OF THE PROBLEM
38. THE STUDY OF THE PROBLEM
39. THE STUDY OF THE PROBLEM
40. THE STUDY OF THE PROBLEM

SECRET

ex Hesiodo, Theognide, Phocylide memoriae mandassent pueri, agebant juvenes. Justis modulis decantata esse (μελωδῆθηται) non HomERICA tantum (cum Archilochi et Mimnermi poematis), sed Hesiodi etiam et Phocylidis, tradit Chamaeleon (ap. *Athen.* XIV p. 630 C; inepta est annotatio p. 632 D), Hesiodi gnomica etiam sine dubio haud minus quam Phocylidis; et memoratur etiam (ap. *Plutarch. Symp.* IX, 1, 2), Operum et Dierum exordium lyra sumta cani inter coenam, tum inter mensas secundas (ib. 14, 1) ex iisdem de Musarum ortu carmen. Quin etiam leges Charondae Athenis aut Catanae, quae Heynii (*Opusc.* II, 166) conjectura est, inter pocula decantatae sunt (*Hermipp.* de legumlatoribus ap. *Athen.* XIV p. 619 B.). Ita convivia etiam gryphis quibusdam literatis propositis ea lege, ut postquam aliquis versum recitasset, sequentem versum vel similem sententiam dicere quisque teneretur, scholasticae cuidam exercitationi patefacta erant, teste *Clearcho* (apud *Athen.* X p. 457 C.). Quod ad elegos gnomicos attinet, ex hac gnomicae et symposiacaе Musae affinitate magis quam ex quotidianaе vitae usu derivandae sunt διπτογραφαίαι istae infinitum quantum frequentiores, quam in Homeri et aliorum poetarum versibus ab antiquis scriptoribus allatis (*Wolf. Proleg.* p. VII), et fluxa omnino et

eodem iis accenseas Chilonis cantilenam ap. *Diog. L.* I, 71, quae ita in versus describitur:

Ἐν λιθίναις ἀκόνταις ὁ χρυσὸς
ἐξετάζεται, δίδου βάβανον φανεράν·
ἐν χρυσῷ δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε
νοῦς ἔδωκ' ἔλεγχον.

V. 5 in impressis est ἐν δὲ χρυσῷ. Adversativam transposui, quae saepe rejicitur. *Theocr.* XIII, 68 τῶν παρεόντων ἰδία δ' ἡίθεοι. cf. VI, 38. *Hom. H. in Cer.* 13 ὀδυμὴ πᾶς δ' οὐρανός. *Antiph.* ap. *Athen.* X p. 449 C. ξουθῆς μελίσσης νόμασιν δὲ συμμυγῆ. *Alexis* ap. eund. VI p. 224 F. οὐ πάντι θανατίζω δὲ cf. *Horrei Anim.* I, 15 p. 67. *Porro Obsa. critic. in Thucyd.* p. 50. Cleobuli qui dicuntur versus ap. *Diogenem* I, 91 ex vetere illius sententia a tragico aut comico poeta expressi videntur:

Ἀμυσί' ἐν βοροῖσι τὸ πλεον μέρος
λόγων τε πλήθος· ἀλλ' ὁ καιρὸς ἀρκέσει.

Opponuntur λόγων (ἀκρίτων) πλήθος et καιρός, qui quidem in omni re plurimum valet. *Aesch. Prom.* 1035 ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἀκαιρα μάλιστα λέγειν. Longe aliter Menagius.

instabilis hujus poescos, fere ut cantilenarum nostrarum popularium, ratio: neque variationes tantum multiples hoc modo illos experiri, sed quae sententiarum quarundam vaga est natura vel hominum de multis rebus judicandi diversitas, saepe adeo transformari oportuit, ut poetae manus vix agnoscere posset, nisi extrinsecus commonefieremus. Sic dist. v. 981:

*Εἴη μοι πλουτεῦντι κακῶν ἀπάτεροθ'ε μεριμνέων
ζῶειν ἀβλαβέως, μηδὲν ἔχοντι κακόν·*

quod a Stobaeo Theognidi assignatum, a me ad convivia tractum est, non quod omnino abhorreat a Theognidis ingenio, sed quod in gnomis aliud distichon legitur v. 129:

*Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν οὐδ' εὐχομαι, ἀλλὰ μοι εἴη
ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν·*

cujus illud est palinodia potius quam imitatio. Sic v. 613 — 16, quos Stobaeus item Theognidi dat, scilicet usui levi mutatione adaptatos esse conjicio, posito tantum in fronte *εἰ πίομαι* sive *ἐμπίομαι*. Eadem fortasse origo fuit lectionis *ἦκω*, *ἦξω* v. 305, pro *δειξω*. Gnoma v. 279 s. in symposio aliquis utitur ad inimicum vel aemulum suum conversus v. 1009 s. Poterat etiam v. 277 spectare aut alloquium, quale est v. 1011 — 14. Magis huc faciunt 965 — 68, in quibus versibus, quae patres sive magistri pueros hortari solent, et quae juvenibus ex illorum disciplina egressis animi hilaritas suadet, suavi cum ironia conflata esse videntur; et joculari huic seriae rei cum laeta consortio ipsorum verborum *ἀλλὰ τόδ' αἰὲν ἔχων*, quibus diversorum dicta copulantur, scabrities documento est. Cogitandum autem, praevisse aliquem canendo v. 1151 — 54 aut simile scolium. (V. etiam ad 1131 ss.) Juxta v. 965 — 68 remittere fortasse debueram eos, qui etiam in codd. proxime sequuntur, 207 — 10, Mimnermi distichon cum sententia Theognidea combinatum. Simili modo scolium v. 1155 — 60 eo formatur, quod excerptis ex Tyrtaei Elegia in fortitudinem aliquot distichis pulchritudo immiscetur. Codicum enim

lectio κάλλος neutiquam est inepta. Ejusmodi autem convivorum foetus eo facilius Theognidis libro inferri poterant, quod cum ejus sententiis dum in iisdem conviviiis cantu frequentabantur quasi societatem coiverant. Neque metro saltem separabantur. Elegiacum enim scoliis etiam adhibitum fuisse, quis dubitet? Unum huic metro reddiderunt demum Porsonus et Friedemannus (*de med. syll. pentam.* p. 327):

Ἔγγεε δὴ κώθωνι, διάκονε, μὴδ' ἐπιλήθου,
εἰ χρὴ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οἰνοχοεῖν.

Alia quaedam ex Anthologia proferri possent. Carmen populare Messeniaticum servavit *Pausanias* (IV, 16, 4):

Ἔς τε μέσον πεδῖον Στενυκλήριον, ἔς τ' ὄρος ἄκρον
εἶπετ' Ἀριστομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Laconicum p. 54 exscripsimus. Theognidi tamen praeter eas, quas memoravi, nullae aliae gnomicae poesi repugnantes eclogae a veteribus, quod sciam, adscribuntur. Epigramma Deliacum v. 939, quod Stobaeus ei tribuit, Aristoteles autem ad ipsum non retulisse videtur, poterat etiam inter gnomas locum invenire.

Paroeniis etiam aenigmata, quae ad epigrammata retuli, adungere potueram, quae ad carmina quidem non pertinent, sed recitari inter pocula solebant. ^{151*)}

e) Quae *Polypaediae* nomen prae se ferunt sententiae, conveniunt eae quidem et dictione et argumento majorem in modum cum Theognideis quibusdam ad Cynnum, et vidi-
mus etiam supra versum ad Polypaedam ap. Hesychium pro Theognideo agnitum esse, sicuti Themistius v. 899 s. eidem poetae tribuit. Sed ad plures deinceps juvenes orationem

151*) *Plutarch. Sympos. V* prooem. — μετὰ τὸ δεῖπνον — αἰνίγματα καὶ γρίφους καὶ θεσεις ὀνομάτων ἐν ἀριθμοῖς ὑποσύμβολα προβάλλοντες. *Etymol. M.* p. 241, 38: Ἰστων γὰρ φιάλην γέμουσαν οἴνου καὶ ἔλεγον αἰνίγματα ἐν τοῖς συμποσίοις ἀλλήλοις· καὶ εἰ ἐπέλυεν ὁ ἀπορηθεὶς ἔπινε τὴν φιάλην. *Hesych. Γρίφος* — συμποτικὴ ζήτησις αἰνιγματώδης· καὶ πρόστιμον τῷ μὴ λύσαντι γρίφον ἐκπίειν τὸ συγκείμενον ἤτοι ἀκρατὸν ὕδωρ. *Diphilus ap. Athen. X* p. 451 B. γριφεύειν παρὰ πότον. cf. *Antiphanes* p. 448 F. et de poena *idem* p. 459 A.

in ejusdem poematis tenore conversam fuisse, non persuadeor; nedum ut in eodem ambitu seu periodo fieri potuerit, quod visum est Camerario ad v. 53 et 191 vet. ed. Sylburgio, Wassenberghio *de Transpos.* p. 22, aliis. Et posteriore quidem loco Bekkerus hanc offensionem vitare voluit, sed quartum dist. non poterat omnino divelli a prioribus, cum quibus illud conjungit Xenophon. Hanc difficultatem jam Scaliger sensit, cum eo J. A. Fabricius et Jacobsius meus;¹⁵²⁾ ideoque Polypaedam ipsius Cyrni nomen patronymicum fuisse statuerunt. Sed utrumque nomen semper, quantum scio, et in deorum invocationibus et in hominum alloquiis, conjunctum invenitur, ut *Γλαῦκε Λεπτίνεω πάϊ, Ἐρασμονίδη Χαρίλαε* apud Archilochum, *Γλαῦκ' Ἐπικυδείδῃ* in oraculo apud Herodotum VI, 86, *Στροίβου παῖ, τόδ' ἄγαλμα, Λεώκρατες* ap. Anacreontem, *Λισχυλίδα Θεόδωρε* in *Anthol. Pal.* (p. 507, 2). Ita etiam Empedocles *Πανσιανία, σὺ δὲ κλυθι, δαΐφρονος Ἀγγίτου νιέ.* Quare eo recurrimus, ut alteram Theognidis gnomologiam, qua affatus esset Polypaedam, argumenti quam maxime similis extitisse ponamus, ex qua multa deprompta esse possunt, ea maxime, quae eundem fere sensum verbis simillimis exprimunt, ut v. 31 s. cl. 29 s. et v. 169 ss. cl. quae antecedunt, quae nobis in gnomologiam principalem, deficientibus indiciis, recipienda fuerunt. Semel duntaxat versus aliquot, Polypaedae nomine non insignitos (903—6), nec recte quidem, ut mihi videtur, a compilatore cum aliis ad Polypaedam junctos, quum simile quid v. 27 ss. dictum esset, ob hanc argumenti paritatem illic relictos volui; sed nollem factum. Ad alteram et

¹⁵²⁾ *Vermischte Schriften* T. II, 2 p. 335. Jacobsius quidem antea *Poetische Blumenlese für Schulen* p. 2 Polypaedam a Cyrno diversum esse statuit. Non me fugit, Arcestratum Gastrologiam ad amicos duos, Moschum et Cleandrum, misisse (*Athen.* VII p. 278 E), quorum illum in fragmentis (ibid. C et III p. 111 F) bis solum alloquitur; et Empedoclem, qui in *Physicis* Pausaniam, medicum et amicum, auditorem suum facit, apostrophe uti ad Telaugen, Pythagorae filium. Sed diversae in his videntur fuisse rationes.

si quae fuit similis poesis trahi potest. quod ap. Suidam legitur, scripsisse Theognidem praeter Gnomologiam ad Cynnum *καὶ ἑτέρας ὑποθίχας παραινετικάς*. Miranda est non sententiarum modo, sed ipsorum verborum in utroque poemate frequens repetitio: sed multo magis mirandum foret, si in eodem opere tot tamque similes gnomae repeterentur, ut v. 13—18 et 883—86 aliaeque.

f) *Musa puerilis*. Collectio hujus argumenti epigrammatum, in quam unum tantum a reliquis abhorrens v. 283 (1351 Bekk.) aberravit, in solo Codice Mutinensi servata, a librario quodam Theognideis annexa esse potest vel quia Cynni nomen in eis (in parodia v. 1115) invenisset, vel ob solum titulum *ἐλεγείων*, quem et illis et suis epigrammatis praefixum invenisset, ac non ad solam formam, sed ad argumentum etiam spectare opinatus esset. Et Cod. quidem iste titulum habet *Θεόγνιδος ἐλεγείων* (corrupte pro *ἐλεγείων*), tum *ἐλεγείων β'* inscripti sunt elegi annexi. Utcunque res sit, hoc manifestum est, magis idoneum locum his epigrammatis amatoriiis, quae quidem haud infimum in impuro suo genere locum tenent, dari potuisse juxta similem Stratonis delectum, quam ad calcem Theognidis. Ex Theognidea farragine octo tantum dist. illis in fronte addidi. Pertinet huc praeterea dist. v. 1127, quo inter parodias carere non poteramus. Haec cum quibusdam aliis obscœnis, quae aliorum jam revocaram (1097—1104. 1137), noverat, qui ap. Suidam haec annotat: *Ἄλλ' ἐν μέσῳ τούτων παρεσπαρμέναι εἰς ἑμαίαι καὶ παιδικοὶ ἔρωτες*.

6. Libro hoc modo perlustrato et recensito, et de medio sublatis omnibus, quae in istas sex classes incidant, videndum est, an cetera utique, pristino non ulterius turbato ordine, intacta possint relinqui. Atqui duplicem rationem instituere potuit qui has copias redegit, vel ut ex pleniore opere seu integra adhuc gnomarum compagine enotaret quaedam et brevioram inde summam concinnaret, vel ut, deperdito jam tum Theognide, loca dissoluta ex aliis scriptoribus

in unum congereret. Prius factum esse videbatur Sylburgio et Heynio in praef. infra typis repetenda, hoc eidem Heynio in censura ad illam praef. not. 7*) transcripta, Wassenberghio et Epkemaë (not. 166. 167); et hoc quidem factum esse re vera, his maxime rationibus demonstrari potest: 1) Disticha quatuor, quae librum aperuisse fidem certissimam facit Xenophon, nunc post v. 182 vet. ed. demum leguntur. 2) Plato *Men.* 36 (p. 95 E) Theognidem post v. 33—36 vet. ed. mox (*ὀλίγον μεταβάλλοντα*) adjecisse ait eos, quos illic habemus v. 435—438; (unde nobis etiam quae v. 261—64 sunt statim post v. 58 ponenda fuissent). 3) Qui vero clausulae imponendae unice apti sunt versus, eos, qui Theognideum librum reconcinnare studuit, ut operi ab ipso condito quodammodo pro lemmate essent, in fronte posuit statim post epigrammata, quibus invocationem deorum in epica poesi solennem imitari voluisse videtur. 4) Tot intextae sunt gnomarum Theognidearum repetitiones paulum variatae, tot etiam aliorum poetarum elegiacorum versus, ut multo minus probabile sit, haec omnia paulatim ab aliis appicta, quam primitus a librario undecunque coacta et corrasa esse. 5) Plurium sententiarum argumentum eas in genuina gnomologia multas alias, quas nunc pone sequuntur, longe antecessisse arguit. Omnino nexus inter plurima eorum, quorum jam denuo, reliquis expulsis, census habendus est, adeo non tantum est solutus, sed continuatio sententiarum in plerisque prorsus nulla, imo tanta indigestae molis confusio, tam ei, qui singula penitus perspecta habet, ingrata et intolerabilis ferme, ut hinc etiam colligere debeamus libri nostri auctorem non poematis alicujus contextum excerpando secutum, sed e variis scriptoribus collecta fragmenta vel temere coacervasse, vel pessima plurima ratione junxisse. 6) Contra loci sunt haud pauci, ubi litteratum agit anonymus noster, quae luxata et lacerata viderentur internectere et integritati restituere conatur, in fragmenta quantivis pretii grassatus libere. Hinc factum est, ut versus ad Polypaedam scripti 881. 883. 895

annexi sint gnomis ad Cynum 864. 22. 8, aut praepositi, ut v. 899 factum videtur. Alia prava copulandi ratio cernitur aliquoties, ubi sententiam sententiae oppositam fuisse homo iste quicumque fuerit falso coniecit, ut quum legisset (411) *τοιουτὸς τοι ἑταῖρος ἀνὴρ φίλος οὐ τι μαλ' ἐσθλός*, et alibi invenisset (413) *ἀλλ' εἴη τοιουτὸς ἐμὸς φίλος*, gnomas commisit, quarum illa amicum recusat, qui alia ore jactet, alia tecta in animo gerat, haec vero eum probat sodalem, qui amici veri iracundiam etiam aequo animo ferat. Ita quae diversis locis a Theognide de paupertate dicta fuerunt, ille conjunxisse videtur ob similitudinem in verbis (533): *ἦν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκῆτα πόντον ῥίπτειν* et (537): *χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης Δίξησθαι — λύσω πενίης*, quamvis sententia illic expressa est, necem paupertati praeferendam, hic, paupertatis remedium quomodocunque comparandum esse; quorum utrumque a Theognide prolatum esse potest, sed loco quodque suo. Posteriores autem gnomas si demas, dist. proxime sequens ad antecedentia optime quadrat. Arte haud meliore dist. v. 303 interpositum. Ob formae et argumenti quandam similitudinem admotum est epigramma v. 1069 epigrammati v. 1063, gnoma v. 345 epigrammati v. 1075. Prava commissura, quod Camerarius etiam animadvertit, v. 133 ss. post v. 190 positi sunt. Vetus distichon v. 241 longe aliud quid de re familiari administranda praecipit, quam incertus v. 1209—36, cujus elegiam illud subsequitur. Disticha duo opes (*πλοῦτον*) diverse aestimantia v. 981 et 129 excipit tetrastichon v. 65, *Πλοῦτος καὶ σοφίη*. At in hoc opes comparationi tantum sunt, de sapientia agitur. Magis dubium et reconditum est malum artificium v. 1085 ss. Bekkerus v. 389 (299 suae ed.) lectionem quandam, qui duo fragmenta vellet commissurâ jungere, excogitasse coniecit. Simili nectendi singula ratione usus jam videtur qui Hesiodeas gnomas in codicem retulit; quae de eadem re quamvis diverse agerent, copulavit, ut statim in operis fronte carmini de aemulatione et ambitione gnoma

de pravo litium studio annexa est, quia illud incipit ab utraque Eride, hoc *μηδέ σ' ἔρις*.

7. Sed quo intentius per totum libri ambitum inquiremus, quodnam in adornanda dispositione consilium fuisse possit, eo gravior oritur suspicio, interiore poetae cognitione atque recta singulorum locorum aestimatione, qui ea consarcinavit, caruisse, et haud raro externa quadam neque vera similitudinis specie inductum, verba inhiantem, eorumque falsam congruentiam, non rerum tenorem probabilem spectantem, perverse pleraque colligasse, quod pejus est malum, quam si abrupta esset ac minime cohaerens sententiarum series, et omnia casu tantum regerentur. In hujus assertionis fidem elenchum dabo locorum, quos sciolus ob inanem aliquam speciem, verbum aliquod aut formulam dicendi, vel in fine unius sententiae et initio alterius, vel in binorum initio communem copulasse videtur. Quod si in pluribus, nisi in omnibus locis liquebit, certissimum erit indicium futilissimae juncturae, qua, si aliqua unquam in his reliquiis exstiterit oeconomia commendabilis, funditus omnia everti debuerint. Utinam ille maluisset elementari ordine uti, vel in singulis sententiis disponendis, ut Meleager et Philippus in Anthologiis suis, vel capita quaedam ponere, ut Planudes in capitibus Anthologiae disponendis, Jacobsius in epigrammatum Appendice, ¹⁵⁵) librarii quidam in gnomis monostichis et etiam in sententiis pedestri oratione scriptis (ut Sylburg. Bibl. Palat. p. 106) collocandis. Iis igitur, qui in libri nostri compaginem penetrare volent, versus apponam editionis Bekkerianae comparandos hosce:

79 Πύρους εὐρήσεις. 83 Τοὺς οὐχ εὐρήσεις. (cf. not. ad 903).

¹⁵⁵) Ex litterarum serie Catalogi dramatum a Grammaticis dispositi sunt, quorum extant Aeschyleus unus itemque unus Euripideorum, eadem Plauti ipsae fabulae descriptae, ex Niebuhrii conjectura ad *Cicer. orat. fragm.* p. 67 etiam orationum pars; eodem ordine, quo pejore ista quidem non poterant, a Bentlejo Callimachi fragmenta edita, ceteroquin divinitus tractata.

annexi sint gnomis ad Cynnum 864. 22. 8, aut praeposit ut v. 899 factum videtur. Alia prava copulandi ratio cernitur aliquoties, ubi sententiam sententiae oppositam fuis homo iste quicumque fuerit falso conjecit, ut quum legisset (411) *τοιουτός τοι ἑταῖρος ἀνήρ φίλος οὐ τι μαλ' ἐσθλός*, alibi invenisset (413) *ἀλλ' εἴη τοιοῦτος ἐμὸς φίλος*, gnomam commisit, quarum illa amicum recusat, qui alia ore jact alia tecta in animo gerat, haec vero eum probat solem, qui amici veri iracundiam etiam aequo animo fert. Ita quae diversis locis a Theognide de paupertate dicta fuerunt, ille conjunxisse videtur ob similitudinem in veteribus (533): *ἦν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκῆτα πόντον Ἴππ* et (537): *χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης Δίξησθαι — λύσιν πενήτης*, quamvis sententia illic expressa est, necem paupertati praeferendam, hic, paupertatis remedium quomocumque comparandum esse; quorum utrumque a Theognide prolatum esse potest, sed loco quodque. Posteriores autem gnomas si demas, dist. proxime sequens ad antecedentia optime quadrat. Arte haud meliore distichon 303 interpositum. Ob formae et argumenti quandam similitudinem adnotum est epigramma v. 1069 epigrammati v. 1075. Prava commissura, Camerarius etiam animadvertit, v. 133 ss. post v. 190 positi. Vetus distichon v. 241 longe aliud quid de re familiarum ministranda praecipit, quam incertus v. 1209–36, cujus distichon illud subsequitur. Disticha duo opes (*πλοῦτον*) distimulantia v. 981 et 129 excipit tetrastichon v. 65, *Πλὴν καὶ σοφίη*. At in hoc opes comparationi tantum sunt, de sapientia agitur. Magis dubium et reconditum est malum artificum v. 1085 ss. Bekkerus v. 389 (299 suae ed.) lectionem addidit, qui duo fragmenta vellet commissurâ jungere, distichasse conjicit. Simili nectendi singula ratione usus jactatur qui Hesiodeas gnomas in codicem retulit; quae eadem re quamvis diverse agerent, copulavit, ut statim operis fronte carmini de aemulatione et ambitione

- 189 Χρήματα. 197 Χρήματα.
 261 Οὐ μοι πίνεται. 263 Ψυχρόν μοι — πίνουσι.
 283 Ἀστῶν μηδενί. 287 Ἐν πόλει.
 309 Ἐν μὲν συσσίτοισιν. 313 Ἐν μὲν μαινομένοις.
 317 ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεὶ. 319 γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεὶ.
 337 Ζεὺς μοι δοίη. 341 Ἀλλὰ Ζεῦ τέλεσόν μοι — δὸς δέ μοι.
 409 Οὐδένα θησαυρόν — ἀμείνω. 411 Οὐδενὸς — ἀνθρώπων κακίων.
 425 φῦναι. 429 φῦσαι.
 515 ἦν δέ τις ἔλθῃ. 519 ἦν δέ τις εἰρωτᾷ.
 518 σῆς ἔνεκα ξενίης. 521 ὥσθ' ἓνα μὲν ξένον (cf. not. ad 1045).
 530 δούλιον. 535 δουλείη.
 535 Οὐ ποτε δουλείη κεφαλῆ. 539 Οὐ τις ἀνῆρ, φίλε Κύρνε, πέδας.
 555 Χρῆ τολμᾶν. 557 κίνδυνος.
 558 ἄλλοτε παυρότερα. 559 Ὡς τέ σε μήτε λίην ἀφνεόν.
 579 Ἐχθαίρω κακὸν ἄνδρα. 581 Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα.
 614 μέτρον. 615 μέτριον.
 625 Ἀργαλέον φρονέοντα παρ'. 627 Αἰσχρόν τοι μεθύοντα παρ'.
 637 Ἐλπίς καὶ κίνδυνος. 639 παρ' δόξαν τε καὶ ἐλπίδα.
 642 σπουδαίου πράγματος. 644 ἐν σπουδαίῳ πράγματι.
 718 πλοῦτος. 719 πλουτοῦσιν.
 749 ἀτάσθαλος. 754 Ταῦτα μαθὼν — ἐκτὸς ἀτασθαλίας.
 760 Ἀπόλλων ἀρθρώσαι γλῶσσαν. 761 φόρμιγγ' αὖ φθέγγουσε. 769 Μουσῶν θεράποντα. 773 Φοῖβε ἄναξ.
 788 οὐδὲν ἄρ' ἦν φίλτερον. 789 Μὴ ποτέ μοι μελέδημα νεώτερον.
 791 τερποίμην φόρμιγγι. 795 τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε.
 831 Πίστει χρήματ' ὄλεσσα. 833 Πάντα τὰδ' ἐν κοράκεσσι.
 857 Τῶν δὲ φίλων. 861 Οἱ με φίλοι.
 873 Οἶνε, τὰ μὲν σ' αἰνῶ. 879 Πῖν' οἶνον. Distichon intermedium Ἡβώοις, φίλε θυμέ, deest in codd. unde editiones antiquae expressae sunt.

- 915 ἐφείδετο. 931 φείδεσθαι. (Sententiae adversantes sibi invicem.)
 941 ἀλλήτην. 943 ἀλλήτηρος (cf. not. ad 923).
 981 παρὰ κρητῆρσι. 983 ἐν θαλίῃσι.
 1005 Ξυρόν. 1007 Ξυρόν.
 1025 s. κακότητι — πρήξιες. 1027 πρήξις κακότητος.
 1043 Εὐδόμεν. 1045 εὐδει.
 1049 Σοὶ *δέ τοι — ὑποθήσομαι ἐσθλά. 1055 Ἀλλὰ λόγον μὲν τοῦτον ἔασομεν.
 1153 Εἴη μοι πλουτεῦντι. 1155 Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν. 1157 πλοῦτος καὶ σοφίη et de hac quidem hic agitur).
 1187 Οὔτις, ἄποινα διδούς θάνατον φύγοι. 1191 Οὐκ ἔραμαι κλισμῶ βασιληῶν ἐγκατακεῖσθαι τεθνεώς.
 1223 Οὐδέν, Κύρον', ὀργῆς ἀδικώτερον. 1225 Οὐδέν, Κύρον', ἄγαθῆς γλυκερώτερον.
 1226 μάρτυς ἐγώ, σὺ δ' ἐμοὶ γίγνου ἀληθοσύνης. 1227 Ἀληθείη δὲ παρέστω Σοὶ καὶ ἐμοί.
 1241 Χαιρήσεις τῇ πρόσθε παροιχομένη φιλότῃτι. 1243 Δὴν δὴ καὶ φίλοι ὤμεν.
 1257 ἱκτίνοισι (uti legendum pro κινδύνοισι.) 1261 ἱκτίνου.
 1282 ἀδικῶν. 1283 ἀδίκει.
 1382 Κυπρογενοῦς. 1382 Κυπρογενοῦς.

8. Haec sententiarum nectendarum ratio quamlibet mirabilis videri possit, tamen exemplo non omnino caret. Pindari Nemeorum altera suum post primam locum fortasse nacta est ob metaphoram in utriusque carminis introitu communem *Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται et καὶ ὁδ' ἀνήρ καταβολάν ἱερῶν ἀγώνων νικαφορίας δέδεκται*. Ac nescio an Grammaticus, qui Theocriti dispersa carmina colligeret,¹⁵⁴⁾ Daphnidem a Pharmaceutria ob initium *Πᾶ μοι ταὶ δάφναι* excipi voluerit. Sic in libro minime spernendo *Meinerts Alte Deutsche Volkslieder in der Mundart des Kuhländchens* T. I p. XI obser-

154) Artemidorus fortasse, cui tribuitur epigramma, quod pro titulo esse possit, *Athen.* IV p. 182 D cf. IX p. 587 D. I p. 5 B.

- 189 Χρήματα. 197 Χρήματα.
 261 Οὐ μοι πίνεται. 263 Ψυχρόν μοι — πίνουσι.
 283 Ἀστῶν μηδενί. 287 Ἐν πόλει.
 309 Ἐν μὲν συσσίτοισιν. 313 Ἐν μὲν μαινομένοις.
 317 ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεὶ. 319 γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεὶ.
 337 Ζεὺς μοι δοίη. 341 Ἀλλὰ Ζεῦ τέλεσόν μοι — δὸς δέ μοι.
 409 Οὐδένα θησαυρόν — ἀμείνω. 411 Οὐδενὸς — ἀνθρώπων κακίων.
 425 φῦναι. 429 φῦσαι.
 515 ἦν δέ τις ἔλθῃ. 519 ἦν δέ τις εἰρωτᾷ.
 518 σῆς ἔνεκα ξενίης. 521 ὡσθ' ἓνα μὲν ξεῖνον (cf. not. ad 1045).
 530 δούλιον. 535 δουλείη.
 535 Οὐ ποτε δουλείη κεφαλή. 539 Οὐ τις ἀνὴρ, φίλε Κύρνε, πέδας.
 555 Χρὴ τολμᾶν. 557 κίνδυνος.
 558 ἄλλοτε παυρότερα. 559 Ὡς τέ σε μήτε λίην ἀφνεόν.
 579 Ἐχθαίρω κακὸν ἄνδρα. 581 Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα.
 614 μέτρον. 615 μέτριον.
 625 Ἀργαλέον φρονέοντα παρ'. 627 Αἰσχροὺς τοι μεθύοντα παρ'.
 637 Ἐλπίς καὶ κίνδυνος. 639 παρ' δόξαν τε καὶ ἐλπίδα.
 642 σπουδαίου πράγματος. 644 ἐν σπουδαίῳ πράγματι.
 718 πλοῦτος. 719 πλουτοῦσιν.
 749 ἀτάσθαλος. 754 Ταῦτα μαθὼν — ἐκτὸς ἀτασθαλίας.
 760 Ἀπόλλων ἀρθρώσαι γλῶσσαν. 761 φόρμιγγ' αὖ φθέγγου-
 σθε. 769 Μουσῶν θεράποντα. 773 Φοῖβε ἄναξ.
 788 οὐδὲν ἄρ' ἦν φίλτερον. 789 Μὴ ποτέ μοι μελέδημα νεώ-
 τερον.
 791 τερποίμην φόρμιγγι. 795 τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε.
 831 Πίστει χρήματ' ὄλεσσα. 833 Πάντα τὰδ' ἐν κορόμβεσσι.
 857 Τῶν δὲ φίλων. 861 Οἱ με φίλοι.
 873 Οἶνε, τὰ μὲν σ' αἰνῶ. 879 Πῖν' οἶνον. Distichon inter-
 medium Ἠβώοις, φίλε θυμέ, deest in codd. unde edi-
 tiones antiquae expressae sunt.

- 915 ἐφείδετο. 931 φείδεσθαι. (Sententiae adversantes sibi invicem.)
 941 αὐλητήν. 943 αὐλητήρος (cf. not. ad 923).
 981 παρὰ κρητήρσι. 983 ἐν θαλίῃσι.
 1005 Ξυρόν. 1007 Ξυρόν.
 1025 s. κακότητι — πρήξιες. 1027 πρήξις κακότητος.
 1043 Εὐδωμεν. 1045 εὐδει.
 1049 Σοὶ *δέ τοι — ὑποθήσομαι ἐσθλά. 1055 Ἀλλὰ λόγον μὲν τοῦτον ἐάσομεν.
 1153 Εἶη μοι πλουτεῦντι. 1155 Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν. 1157 πλοῦτος καὶ σοφίη et de hac quidem hic agitur).
 1187 Οὔτις, ἄποινα διδούς θάνατον φύγοι. 1191 Οὐκ ἔραμαι κλισμῶ βασιλῆϊ ἐγκατακεῖσθαι τεθνεώς.
 1223 Οὐδέν, Κύρον', ὀργῆς ἀδικώτερον. 1225 Οὐδέν, Κύρον', ἀγαθῆς γλυκερώτερον.
 1226 μάρτυς ἐγώ, σὺ δ' ἐμοὶ γίγνου ἀληθοσύνης. 1227 Ἀληθεῖη δὲ παρέστω Σοὶ καὶ ἐμοί.
 1241 Χαιρήσεις τῇ πρόσθε παροιχομένη φιλότιτι. 1243 Δὴν δὴ καὶ φίλοι ὤμεν.
 1257 ἱκτίνοισι (uti legendum pro κινδύνοισι.) 1261 ἱκτίνου.
 1282 ἀδικῶν. 1283 ἀδίκει.
 1382 Κυπρογενοῦς. 1382 Κυπρογενοῦς.

8. Haec sententiarum nectendarum ratio quamlibet mirabilis videri possit, tamen exemplo non omnino caret. Pindari Nemeorum altera suum post primam locum fortasse nacta est ob metaphoram in utriusque carminis introitu communem Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται et καὶ ὁδ' ἀνήρ καταβολάν ἱερῶν ἀγώνων νικαφορίας δέδεκται. Ac nescio an Grammaticus, qui Theocriti dispersa carmina colligeret,¹⁵⁴⁾ Daphnidem a Pharmaceutria ob initium Πᾶ μοι ταὶ δάφναι excipi voluerit. Sic in libro minime spernendo *Meinerts Alte Deutsche Volkslieder in der Mundart des Huhländchens* T. I p. XI obser-

¹⁵⁴⁾ Artemidorus fortasse, cui tribuitur epigramma, quod pro titulo esse possit, *Athen.* IV p. 182 D cf. IX p. 587 D. I p. 5 B.

vatum est, diversorum carminum partes haud raro falso et parum apte copulatas esse ob metri congruentiam et quia idem puellae alicujus nomen in utroque obvium esset. Cf. p. 448. 449. 456. 458. Haec olim perscripta similis rei notatione firmantur, in quam diu post incidi in *F. Handii Obs. crit. in Catullum* p. 18. *Ordo carminum*, ait, *ita constitutus est, ut non modo eadem sententiae in vicinis occurrant vel res similes exponantur, sed vel sola quorundam verborum similitudo spectetur. Sic, ut rem exemplis probem, carmen 97 sequitur 98 ob verba crepidas lingere carbatinas et culum lingere carnificis; sic c. 76 excipit 77, ob verba eripere et pestem, 24 et sic alia. Cf. etiam p. 17 et 93.*

9. Quae quum ita sint, non cum eo, qui fragmenta congregavit, sed cum ipsis fragmentis novo editori rem esse existimavimus, eique licere, fere ut Sturzio Empedoclea administranti, ut ad suum unice arbitrium illa digerat, haud minus ac si nunc demum tanquam quaedam Sibyllae folia longe lateque disseminata undecunque collecta essent. Quippe quum nullo prorsus modo definiri et exputari possit, qualis sincera fuerit perfecti olim et integri operis forma et habitus, et cum nexus, qui hinc inde apparet, ob reliquae seriei inconcinnitatem incertus sit neque unquam explorandus, quidni collectas copias melius disponere, opus prudenti consilio omnino diffingere, et quasi reficere atque recreare conemur, ita ut ne lectori rerum maxime inter se disparium commistura auctoris recte percipiendi difficultatem augeat, sed omnia potius invicem sese illustrent similium consociatione et haud nimis quaesita, at apta tamen conjunctione? Id tantum summo opere erit cavendum, ne obliviscamur unquam, fragmenta nos tractare, neque eo novas juncturas tentari, ut fallaci quadam integritatis et continuitatis specie in novam inducamur fraudem, sed eo tantummodo, ut, transpositis plurimis, junctis aliis, aliis diremptis, via minus impedita et quasi ruderibus purgata pateat ad singula pernoscenda, et loca quaedam, unde facillime possint omnia singulatim percenseri, designen-

tur; quo fragminum talium illustrandorum artis, si qua est, haud minima pars continetur. Liber gnomis non aperitur, sed anteposita sunt quaedam rei publicae statum adumbrantia, partim quia ab initio operis, quod ex Xenophonte constat, penderent; tum quod introitus aliquis etiam in Hesiodica Gnomologia non defuisse videtur, neque deest in Isocratea ad Demonicum.¹⁵⁵⁾ Minoris gnomologiae exemplum extat ex Euripidis Erechtheo, temporibus quidem adaptatum:

Ὅρθῶς μ' ἐπήρου, βούλομαι δέ σοι, τέκνον, —
 φρονεῖς γὰρ ἤδη ἀποσάσαις ἂν πατρός
 γνώμας φράσαντος, ἂν θίωω — παραινεῖσαι
 κειμήλι' ἐσθλὰ καὶ νέοισι χρήσιμα κ. τ. λ.

In prolixiore opere orationem ita variari par erat, ut breves gnomas identidem exciperent sermones quidam de civitatis rebus et poetae ipsius, fere ut in Hesiodico poemate etiam antiquitus sententiis proverbialibus quaedam immista fuerunt tenuiore deducta filo, mythica etiam et fabellae. Quod ad ipsa praecepta attinet, praemittenda secundum morem Graecorum videbantur, quae ad deorum cultum et parentes pertinent. Ita Archytas (ap. *Stob. S. XLI, 134 p. 269*): *Δεῖ τὸν νόμον τὰ περὶ θεοῦς καὶ δαίμονας καὶ γονέας καὶ ὅλως τὰ καλὰ καὶ τίμια πρῶτα τίθεσθαι, δεύτερον δὲ τὰ συμφέροντα· τὰ γὰρ μήνα τοῖς μείζουσιν ἀκολουθεῖν προσήκει.* A parentibus colendis etiam Pythagorae oratio ad juvenes incipit ap. *Iambli. 37 s.* Ceterum in digerendis singulis varia tentavi et diversis temporibus, omnia circumspexi, et ut, in quorundam collocatione non mihi satisfacio ipse, ita ordinem absolutum et ab omni parte tutum, et qui iisdem cras, quorum hodie habuerit assensum, ubique placeat, nullum a quoquam institui posse spondeo. Rem omnino lubricam esse sentimus et plurimorum obnoxiam vel suspicioni vel invidiae, quos tamen identidem reputare jubemus, quantum intersit

¹⁵⁵⁾ Junio rem Isocratem hujus libelli auctorem esse ostendit *Ruhnken. hist. cr. oratt. Graecor. p. LXXXIV s.*

inter antiquissima poemata veneranda antiquitate ex fragmentis ad arbitrium concinnata et versuum congeriem ultimis temporibus debitam. In ipsa autem, quam vindicamus, universi libri refingendi licentia, caussa continetur, quam ob rem singulorum quorundam distichorum rationes in suspenso relinquendae sint.

10. De tempore, quo (Constantinopoli fortasse) vixerit Graecus, cujus nos Theognidis instaurandi muneri, non rationibus, successimus, conjecturam non addo. Suidae aetate, seculo undecimo et forsitan duodecimi initio, nostrum Theognidem non nimis fuisse recentem, inde, quod tanquam de libro vetere loquitur tertius, quem ille exscripsit, Grammaticus, colligi posset, nisi constaret, a librariis Suidam saepe interpolatum esse. Codicum Theognidis non tanta est vetustas, ut hinc argumentum peti possit. Ex Stobaeo, seculi quinti scriptore, compilatorem, quum et tanta sit in tot versibus lectionis varietas et tot disticha aliter juncta et disposita, non hausisse patet. Accedit, quod plura, quae Stobaeus habet, disticha (v. 203. 231. 459) in Nostri codicibus desunt, a Vineto demum assumta, et unum adeo (v. 65 s.), quo avulso illud, quod sequitur, sensu suo privatur, et ei, quod praecedit in libris et apud nos est v. 129, contradicit. Tum ex Stobaeo certe compilator non pro Theognideis arripuit, quae ille Mimnermo et Soloni adscribit (v. 1167 s. 1169—80). Ad v. 1181 ss. quae Solonis sunt, Theognidis nomen falso ex Nostri codicibus appictum videtur; neque aliter fortasse v. 1185 (v. Elenchus p. 78), nisi tamen ipsa carmina, quod Ioanni haud semel accidit, in codicum margine ab eruditis possessoribus adscripta sunt, post a librariis in ordinem recepta. Stobaeus ipse an vel integro vel certe non interpolato Theognide usus fuerit, dubium est. *Serm.* 18 v. 285—88 jungitur cum v. 1131—36. Sed nondum seculo quinto prorsus dilapsam vel obscoenis carminibus temeratam fuisse Theognidis poesin ex Juliano patet supra (II, 1) citato. Etiam quae ab aliis auctoribus, et quidem ubi eadem sententia

plures utuntur, diversis plerumque modis ex memoria proferuntur loca, a Theognidis codicibus magis pleraque recedunt, quam ut illinc fluxisse veri simile sit. Ceterum quanta Stobaei aetate Theognidis auctoritas fuerit, ex ipso satis liquet; et plures ab aliis etiam et ante et post Stobaeum per longum eclogariorum, epitomatorum et compilatorum aevum chrestomathias ex Theognide excerptas fuisse oportet, quos Noster rivulos in suum hortum deduxerit.^{155*} Nam singulatim eum omnia ex Platone, Aristotele, Plutarcho, aliis, apud quos hodie Theognidis quaedam forte transcripta legimus, et ex deperditis illum eadem ratione obiter citantibus collegisse, pro magno versuum, qui a nemine superstitem memorantur, numero minus est probabile; quamvis haud magis praefracte negare, quam cupide affirmare libet, potuisse sententias omnes, quae conservatae sunt, sparsim haberi in libris, qui Constantinopoli demum perierint, maximeque in Stoicorum aliorumque philosophorum libris, et iis praesertim, qui *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* conscripti essent. Quod Heerenius (*Gesch. des Stud. der classischen Litter.* I, 126 cf. 176) conjicit, philosophorum opera diu ante historicos et oratores periisse, pluribus, quibus utitur ipse, et quibusdam aliis rationibus oppugnare licet. Si vero summus, non epitomen ex integro nos tenere Theognide, sed compilatorem tum ex variis scriptoribus, quae Theognidis nomen ferrent, legendo mutuatum esse, tum plurima fortasse ex chrestomathiis quibusdam gnomonicis excerptasse, minus mirandum, quod tot sententiae paulum variatae repetuntur, quippe in pluribus libris obviae ut v. 417 et 423, 721 et 723, 649 et 1207, 699 et 703 et aliae, quam si tot additamenta a librariis profecta statuas. Seculo nono Babrii choliambos ab Ignatio Diacono in tetrasticha iambica contractos

^{155*}) Potest Helladius in eo Chrestomathiarum iambico metro scriptarum libro, qui *Πορροπεπτικός* nominatus erat, ipsas veterum gnomas intexuisse, fere ut Tzetzes varios poetarum locos profert in Choliadibus. Cf. supra p. 77. Nota sunt excerpta ex 800 dramatis mediae comoediae ab Athenaeo confecta (VIII p, 336 D).

esse, Bentleji conjectura est; aetate Byzantina, ut supra vidimus, dialogus de nobilitate proculus videtur. Seculo decimo Jacobsius (in Prolegomenis p. LXXIV) Cephalam Anthologiam suam ex veteribus Anthologiis in capita descriptis concinnasse cum Heerenio (l. l. I, 154) conjicit, »quo tempore, ut ipse ait, sub regno Constantini Porphyrogenetae literarum amor novum vigorem et incrementum ceperat, ipso Augusto magnum undique librorum numerum conquirente, ex quibus, ne tanta mole obruerentur homines, excerpta a doctis viris conficerentur.« Cephalae volumen seculo decimo quarto a Maximo Planude ad minorem molem redactum est, epigrammatis per locos communes in capita digestis (p. LXXXIII.) Qui quidem quanta libertate usus sit in reliquiis simili ex genere concinnandis observatu dignum, quum nec antecedentibus seculis ejusmodi artes doctis hominibus religioni fuisse credendum sit. Multa enim ille monachus (p. LXXXIX) »exhibuit mutila, resectis iis, quae emendare non poterat, multa pro sui ingenii modulo emendavit et interpolavit.«

III. De priorum editorum in recensendo et explanando Theognide consiliis et rationibus.

1. Examinata libri nostri origine et conditione restat, ut qualem ille hucusque expertus fuerit fortunam disquiramus, lustremus editiones praecipuas atque exigamus eas cum in universum ad boni critici officium tum ad nostrum, quod de farragine exposuimus, judicium qualecunque, quo facilius de hoc ipso alii, comparatione instituta, judicare possint. Justam tamen textus historiam scribere nec volumus nunc nec possumus; sed carptim adumbrabimus principalia, quibus ea continetur, capita. Ac statim, quae Aldinam subsequutae sunt editiones (ex quibus eam praesertim, quae ab Aleandro, viro erudito, curata est 1512, denuo vellem collatam) nec a recentiorum editorum quoquam consultae sunt, nec mihi copia fuit eas usurpandi. Memorabile est *J. Frobenii* in Praef. editionis Basileensis a. 1521 judicium: *Con-*

*tignus Hesiodo est Theognis, poeta Megarensis, qui quidem antiquitatis auctoritate non video cui cedat, brevitate conspicuus, sententiis insignis, elegantia praecipuus. Quid paraeneticis illis Elegiis felicius? quid in condendo carmine divinius? Quantum rectius hic et acutius quam plus seculo post Tan. Faber in Vitis poet. Gr. Inter praecipuos Graeciae poetas hic non numerandus; ejus in compositionibus nullum acumen, nullus vigor, omne ibi simplex et absque ornatu. Interpretando emendandoque, tam ex veterum libris quam ex ingenio, primus de Theognide bene meritus est Vinetus 1543, quem vero longe superavit septem annos post Camerarii solertia, doctrina, diligentia. Fuit ille quidem a suppellectili critica bene instructus, quinque usus codicibus, de quibus in praefatione loquitur. Manu scriptos fuisse, quum Glandorfus recte intellexisset, Seyboldus in Additamentis ad Fabricii Bibl. Graecam, Prolusione 1791 Buxovillae scripta, p. 5 de primis editionibus Italicis cogitat. Sed tres tantum Italia viderat, nec extiterunt omnino tum temporis quinque editiones, quas exempla vetera Camerarius appellare potuisset. Paulo injustius est, praesertim si ceterorum illius aetatis Criticorum morem, in consulendis Codicibus multo minus diligentium, compares, ^{155**}) A. Hallii judicium in Specimine novae editionis p. XI: Per plurima poetae loca feliciter emendavit Camerarius, sed in MSS. codicibus allegandis magna fuit, quod seculi tamen istius mori tribuas, summi viri oscitantia. Plerisque in locis, an codicum auctoritati, an ipsius viri ingenio nova, quam in textu adhibuerit, lectio debeat, prorsus reticet, quodsi aliquando in hypomnematis ad codices provocaverit, an unus alterve horum codicum, an omnes sint intelligendi, nunquam tamen declarat. Immo saepissime et nescio an ubicunque ab editis recedit, nisi vitia et levissima essent et aperta, ad codices*

^{155**}) Cf. Schweighaeus. Praef. ad Athen. p. LXVIII. LXI. XXXIV.

provocat, distinguit etiam τὸς παλαιούς τῶν ἀντιγράφων (ad v. 595), et numerum, ἔν τινι τῶν ἀντιγράφων, vel ἐν ἅπασι οἷς ἐνετύχομεν ἀντιγράφοις, ut ad v. 1055, quamvis plerumque simpliciter citat ἐν ἐνίοις (qua quidem formula etiam Stobaeus editus comprehenditur). Plurimum autem contulit Camerarius ad difficiliorum, qui haud pauci huic poetae insunt, locorum explicationem, de qua recentiores editores non magnopere laborarunt. Primus intellexit, non unius poetae genuinum opus se tractare; ¹⁵⁶⁾ locum autem nullum, in quo aliquid esset offensionis, intactum reliquit; sed difficultates si tollere nequiret, indicavit saltem, et omnino tam prudenter diligenterque interpretis officio functus est, ut quantum ad hanc provinciam Theognidis editorum nemo ullus cum eo comparandus sit, et ut commentarii ejus, ad poetae aditum in scholas patefaciendum conscripti, etiamnum ab omnibus et ad ea adeo loca, quae rectius nunc intelliguntur, cum fructu legi possint. Primum in lucem prodiit Theognis Camerarii cura illustratus eodem anno 1551, quo *Melanchthon* scholas Vitebergae in hunc poetam habuit, plures annos

156) Proleg. p. 85 ed. prioris, ubi de Harpocrate loquitur Theognidis testimonio 765 utente: *Νῦν δὲ φανερόν, ὅτι τὰ Θεόγνιδος ἐπιγραφήν ἔχοντα ἔπη συναθροισμός τις ἐστὶ ποιημάτων διαφόρων, περιαιρεθέντων δηλαδὴ ἐκ τῶν ἐκείνου ὅσα τινὸς αἰσχρολογίας ἔχουσαι ἔδοξεν, καὶ ἀντὶ τούτων ἐμβληθέντων ἄλλων· διὸ καὶ ἀσυνάρμοστα ἐστὶ τὰ πλεῖστα, καὶ τὰ αὐτὰ ἀναπολητικῶς παλιλλογεῖται. ὅτι δὲ καὶ Σόλωνος καὶ Εὐδήνου καὶ Τυρταίου ἔπη κατεμεικτο τοῖς Θεογνιδείοις, σαφῶς ἐνδείξομεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. καὶ ὑπολάβοι ἂν τις οὐκ ἀλόγως ἐκ τούτων, ὅτι καὶ ἄλλα παντοῖα παρενεβλήθη. Pag. 84. Τὰ δὲ τῶν γνώμων καὶ παραινέσεων καὶ ὑποθηκῶν διὰ τὰς παρεπαρμένας μιαιρίας, ἃς αἱ τῶν ἐπιεικῶν ἀκοαὶ παντάπασι ἀποστρέφονται, πῆ μὲν ὀβελισθέντα τελῶς ἀπεβλήθη, πῆ δὲ ἀσυντάκτως καὶ συγκεχυμένως, παρεμπεποιημένων ἀλλοτριῶν τινῶν πλείστων ὄσων, οὕτως ἐξεδόθη. καὶ πρὸς ἡμᾶς διεσώθη πάνυ τοι ἀδιορθώτως καὶ ἐλλειπῶς ἔχοντα, καὶ τῆ τῶν βιβλιογράφων ἀπειρία λελωβημένα, ὥστε μηδὲν οἷόν τε σχεδὸν γενέσθαι προὔργου νῦν ἄλλο περὶ ταῦτα, πλὴν τοῦ χρηστόν τι καὶ ἀφέλιμον ἐκλέξασθαι, καθάπερ ῥόδον τῶν ἀκανθῶν ἀποδρέποντας, καὶ λιπεῖν ἄφαστα τᾶλλα, οἷς δ' ὁ χρόνος καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀμέλεια καὶ ἀμουσία λυμνηναμένη φθοράν τε καὶ εἰδέχθειαν τοιαύτην προσεβρίφατο. cf. p. 130. 140. 157. 162. 170. 175. 179. 192. 195. 199 ad v. 472. 579. 753. 819. 897. 947. 993. 1123. 1161. 1209 ed. Bekk.*

post a Io. Majore editas. ¹⁵⁷⁾ Sed multum a liberali Camerarii interpretatione distant Germaniae praeceptoris, qui vix ullo alio familiarius quam ipso usus est, dictata, in quibus Theognidis praecepta ad decalogi ordinem revocantur. Camerarium ducem omnino sequuntur *Turnebus* 1553 in edendo et *Iac. Schegk* in vertendo Theognide, quorum hic in Epist. dedic. ait: *Adjuvit me hoc in conatu plurimum D. Camerarii labor et industria; qui non solum complures' versus corruptos et mutilos restituit in Graeco exemplari; sed suis etiam eruditissimis Commentariis Graecis obscura quaedam loca sic illustravit, ut interpretem alium non desiderarem. In plerisque secutus sum ipsius sententiam: nonnulla cum haberent ambiguam interpretationem, alias ipsius, interdum meam conjecturam sum secutus.* Camerarii vero quanto luculentiora et eminentiora sunt de Theognide merita, eo magis demiror, quid sit, quod memoria eorum tamdiu, si minus oblivione deleta, attamen silentio obscurata est. Post illum quantum Theognidis exstiterit studium, tum increscens in Germania editionum multitudo, quum apud exteras nationes admodum paucae imprimerentur, tum imitatio popularium scriptorum satis crebra ostendit. Hinc dictum illud: *Τοῦτὶ μὲν ἴδεν πρὶν Θεόγγιν γεγόνεσθαι* denuo locum habuit, quo versificator quidam Meissnerus de Comenthau in libro *Politisches Schatzkaestlein* 1628, in quo etiam v. 1 et duo alii Theognidis loci expressi sunt, tanquam recenti proverbio utitur: *Ich hab es gewußt, glaubs zuvorn, Eh Theognis*

157) A. 1560, quo eodem Vitebergae prodierunt *Theognidis Sententiae cum versione Phil. Melanchthonis*. Qui quidem liber Lipsiae 1566 et aliis locis saepe repetitus est hoc sub indice: *Theognidis sententiae cum vers. Lat. ita ut verbum verbo conferri possit, addita earundem explicatione a Ph. M. in schola Witeberg.* Eodem titulo instructa est editio Viteb. excusa a *L. Schvenck.* 1561, Kallio, Fabricio et Harlesio incognita, cujus asservantur exempla in Goettingensi bibliotheca et Bonnensi. Paginae sunt 46; explicatio non inest. Videtur igitur non iterata editio esse, sed novus titulus ad libros separatim editos accommodatus.

ward geboren. Ceterum jam diu ante, seculo decimo quinto nondum elapso, una Theognidis locutio v. 904 οὐς νηῦς μὴ μία πάντας ἄγοι Sebastiano Brant, homini veterum auctorum studioso, ansam dedisse videtur tituli *navigii* satiris suis in varias hominum stultitias et perversitates imponendi. ¹⁵⁸⁾

2. Inter editiones, quae Camerarianam exceperunt, duae excellunt, *Neandri* ac *Sylburgii*, illa, quae seorsim prodiit 1559, postea in *Opere aureo et scholastico* 1577 repetita est, largo annotationum apparatu instructa, haec illustri exercitatissimi critici nomine ornata. Ac Neander quidem textum Camerarii se exhibere fatetur in *Opere aureo* p. 149; praeterea Camerarii explicationes et locos tantum non omnes ab eo ad illustrandas Theognidis sententias ex auctoribus antiquis eleganti plerumque judicio selectas in notas suas transtulit. In quibus notis quod Camerarium nunquam auctorem laudat, praeterquam quod in margine aliquoties interpretem Graecum ex codd. unum alterumve distichon inserere

158) Ein Schiff möcht die all nit getragen,
Die jetzt sind in der Narren Zahl.

Et paulo ante:

All Straffen Gassen sind voll Narren,
Die thun dann mit Thorheit umgahn,
Wöllen doch nit den Namen han.
Dafs hab ich gedacht zu dieser Frist,
Wie ich der Narren Schiff aufrist.

Ad quem lusum aliquoties recurrit. Adscriptus quidem est super praefatione locus ex *Psalmis*: Das sind die sich wagen auf das Meer in Schiffen, thuende ihr werk in viel Wassern. Sie steigen auf bis gen den Himmel und fallen wieder ab bis zu dem Abgrund, ihr Seele was versunken in Narrheit. Sie sind betrübt worden und bewegt gleich wie trunken und all ihr Weisheit ist verschluckt cet. Unde *Eschenburgius Denkmäler der Deutschen Poesie* p. 298 hinc conjicit Brantium libri formam mutuatum esse. Die Veranlassung zur Hauptidee dieses Gedichts scheint aus der Stelle des 106 *Psalmis* genommen zu seyn, welche nach der Lateinischen Uebersetzung der vulgata als Motto über der kurzen Vorrede in Prosa steht, und am Schlufs in Deutscher Uebersetzung. Eine andere Stelle aus *B. der Weisheit XIV, 5* wird jener beygefügt. Mihi utraque sententia post inventam libri formam, quam neutra suppeditare poterat, suggesta videtur.

annotat, bona fide factum est. Nam in disputatione de Theognide p. 143 hunc poetam profitetur *quasi amissum et mortuum laci ac vitae tandem restitutum esse a J. Camerario de re litteraria longo tempore praeclarissime merito.* Et in praefatione p. 127: *In eo Theognide, ait, multa fuerunt obscura, intricata et perplexa, quae quantum quidem in nobis fuit, a bonis ac eruditis viris de eo admoniti plana studuimus facere.* In sequentibus quidem a se quoque quaedam explanata esse indicat: *Nostram vero conjecturam tum vertendo tum exponendo auctore coacti etiam quandoque sumus secuti, existimantes, licere in dubiis divinare cuique. — Multa adhuc in Theognide passim reperi, quae et adolescentes perturbarent et lectorem remorarentur, dubium ac suspensum tenerent ac expositionem desiderarent.* Verum enim vero in hoc vel vanitas surrepsit bono viro, vel in fraudem se induit ipse. Nam ne unicum quidem invenies locum, qui Neandri ope, quamvis nonnullas explicationes novas tentavit, lucem adeptus sit, et ei si detraxeris omnia non sua, quae supererunt, frugis expertia esse intelliges, partim etiam ridicula, et quaedam eorum adeo, quae Camerarius probe jam intellexerat, ut v. 257. 261. 543. 719. 1207 Bekk. prave accepta. Homo fuit Neander laboriosus et multae lectionis, sed impar discernendo, quid ad rem esset, quid non, ita, ut nihil sit absurdius, nihil putidius, quam bona pars celeberrimi olim commentarii, in quo quae ex quacunque antiquitatis parte forte in mentem veniunt temere et loquaciter effutit, et proverbia, quorum quasi quodam furore agitur, postquam ex Erasmo suo Vinetus hoc genere prudenter aliquoties usus erat, non manu, sed toto sacco disseminat. Ego vero multum abfuissem ab iniquiore ferendo de hoc viro iudicio, cujus praeclara in munere scholastico fuerunt merita, nisi falsis hic illic laudibus eum extolli et umbraticam ejus taediique plenam eruditionem cum vasta et exquisita Camerarii litteratura atque adeo illius tenuitatem et mediocritatem hujus viri summo cum ingenio et magno animo confundi

animadvertissem. ¹⁵⁹⁾ Ita Koeppen in *Biblioth. der alt. Litter. u. Kunst* T. I p. 169 *magnos illos viros*, Camerarium et Neandrum, Theognidis textum restituisse ait. Groddeckius autem bonae interpretationis laude inprimis commendabilem dicit Neandri editionem, Camerario ne in partem quidem hujus laudis admissio. Quid vultis amplius? Brunckius Neandri editionem in notis passim citat eamque minime omnium contemnendam esse contendit (ad v. 480 suae ed.); Camerarii autem nomen frustra apud eum quaesiveris, nec dubito, Brunckium, cum Theognidem edebat, ne inspexisse quidem vel veterem Camerarii editionem, vel recentiorem *Seberi*, Schleusingensis scholae rectoris eruditi, qui scholia illius bis recudi curavit, adjuncta lectionis varietate ex MSS. duobus Bibliothecae Palatinae, uno Augustanae notisque diligentibus. Itaque Neandro Brunckius ubique tribuit, quae ex Camerario ille compilaverat. ¹⁶⁰⁾ Hunc vero Brunckius, quamvis istius singulari in hac re levitati patrocinari nolo, prorsus negligere non potuisset nisi Camerarium Sylburgius debita laude fraudasset. Is enim illius editionem diligenter excerpere maluit, ita quidem, ut notarum ipsius longe maxima pars

¹⁵⁹⁾ Reliqui etiam Camerarii libri a nostris hominibus hodie fere negliguntur. Quod nescio an inde sit, quod philologi plurimi, ex quo partes quaedam artis criticae severioribus regulis adstrictae sunt, veterum omnino incuriosiores esse solent, — *παλαιὰ γὰρ εὐδὲι χάρις, ἀμνάμονες δὲ βροτοί* — sed multis partibus augetur incuria eo, quod exemplaria rarescunt. Quare cepi olim necdum abjecti consilium magni istius viri, quem Phoenicem Germaniae appellat I. A. Fabricius, quae nimis sparsa sunt et minus obvia, opuscula minora et praefationes omnes, una cum selectis quibusdam ex majoribus libris uno volumine edendi.

¹⁶⁰⁾ Harlesius jam monuit *Bibl. Gr. II, 714, Camerarii, H. Stephani, et Seberi editiones neglectas a Brunckio videri, in quibus tamen variae rescriptae fuissent lectiones, quae ab illo ex codicibus Paris. notatae sint. Cf. Goetting. Gelehrte Anzeig. 1784 p. 947. Fabricius quoque (p. 715) Camerarii non fuerat memor, de Sylburgio haec scribens: Codd. MSS. uti non potuit. Latina vero versionem multis in locis reddidit meliorem. In notis calci subjunctis de lectionis sede apud alios Gr. scriptores et varietate a Vineto ipsoque collecta, nec non de sensu verborum et sententiarum breviter ac dilucide docteque disputat.*

Camerario transcribenda sit, quam usquam commemorare nominatim. Uno tantum loco (v. 1085) *interpretis* lectionem quandam ut metro adversantem excitat. Quae reticentia cum non in plagii crimen adducenda sit, haud magis quidem, quam quod illo ipso tempore H. Stephanus Cornarium non nominat dum emendationibus in versione ejus expressis utitur, tamen invidiae aliquid habet ob hunc praefationis in fine locum: *Quae partim a Vineto jam pridem congesta, partim a me ipso recens collecta sunt, deinceps exponam: quibus additurus eram, quae a Dav. Hoeschelio his diebus communicata fuerant, nisi ea mihi nescio quo casu nec opinanti periissent. Videlicet quae Dav. Hoescheli a se animadversa (ex codicibus enotata) ad Sylburgiam miserat, in alienas devenere manus, ut in altera Sylburgii editione, quae sex annis post priorem 1597 comparuit, Commelinus narrat. Seberi illas manus fuisse oportet: is enim in praefatione secundae suae ed. a. 1620, quae de varietate lectionis e Mss. Codd. illic annotata sint, ea D. Hoeschelio deberi ait; Hoeschelium autem Theognidis editionem meditatam fuisse ad tres Codd. quot sunt, quorum Seberus lectiones usurpat, emendatam, Fabricius (p. 719) ex epistolis Gudianis enotat. Sylburgius, quae recens collegerit, dum iis, quae a Vineto et Hoeschelio ex codicibus scilicet congesta sint, interponit, lectorem facile in eum errorem inducere potest, ut credat, ab ipso quoque in altera hac editione (nam in prioris praefatione liquido negatum est) codices excussos esse, cum tamen non nisi ex libris editis collegisset, ut collatae Camerarii et Stephani editiones docent. Ceterum Sylburgius Theognidis versus esse *plerosque omnes, quos vulgati libri nobis exhibeant*, opinatur, et in aliis quoque Camerarii iudicium multo illud acutius et prudentius in praefatione improbat, neque vero magis hac occasione mentionem ejus facere dignatur. Cum Camerarius monuisset, de Cyrno ne quid sinistre statueretur, ille contra amasium eum fuisse contendit, nixus versus 69 vulgata lectione *oīa**

παίδι φίλω, quam parodiam redolere, quam Cod. Mut. habeat πατήρ, supra indicavimus.

3. Quaestiones istas non diu post Sylburgium saepius cum animo agitasse videtur *Caspar Barthius*, homo ingeniosus. Qui quidem *Theognidis poema nec caput nec calcem suo loco agnoscere, perturbatissimum esse et Aristarchi alicujus opera ordini restituendum*, recte intelligebat, eamque ipse operam in eo fuisse alio loco ait, ut poetae commodaret, ¹⁶¹⁾ sed a vero longius tamen et ipse aberat, quam fuerat Camerarius. Nam perturbata quamvis, Theognidea tamen habuit omnia. Atque ita etiam, ut videtur, *Hugo Grotius*, qui in Prolegomenis ad Stobaei Florileg. Theognidem sine ordine et ἀφοριστικῶς scripsisse ait, cum libro Sapientiae Salomonis eum componens.

Seberus, cujus editio primum prodiit 1603, sententias certis titulis in margine distinxit *ad mentem commentationum Ph. Melanchthonis, J. Camerarii et Mich. Neandri, quantum ejus fieri potuit, conformatis*. Hanc quae secutae sunt editiones satis multae de nexu sententiarum nihil afferunt. Sed in excerptis ex Theognide annexis Callimachi editioni Londinensi a. 1741, quam *Thomam Bentlejum*, Richardi ex

- 161) *Advers. XV, 4. Illud quoque addendum arbitror, universum, quod Theognidis restat, truncatis sententiis et hiantibus a variis compactum videri in unum codicem, nec plane difficulter ordini alicui restitui posse si quis laborare non abnuat. Interpretatio nostra, cum ab alio describeretur, multis locis ex literariis tabulis mutata in pejus est: nec aderant tum typi Graeci Latinis respondententes, alioquin ordine alio pro nostro captu cum auctore suo collocata lucem cepisset. Paulo jactantius alio loco, qui posterius scriptus est, XXVII, 9 haec addit: Quae res sane non difficilis nobis fuisset, cum sex diebus id poema Latinitati donaremus. Idem IX, 16. Apud Theognidem finis gnomologiae hodie contextae quamquam ita cohaereat, ut minime cohaereat. Non penetrasse altius Barthium, probant quae XXVII, 9 de amore Cynni allegorice accipiendo et de voce παῖς in Theognide non puerum, sed puellam significante profert. De versione metrica, quae in Barthii *Opusculis variis* 1612 typis descripta est, auctor inverecunde ut plurima alia in isto Epilogo, p. 241: Non pudet me dicere, consciuum diligentiae, poetam Latina interpretatione in paucis meliorem esse, Latinam vero phrasin ipso non in paucioribus.*

fratre nepotem, auctorem habere, praeter eos, quos F. A. Wolfius in *Analectis Litterariis* I, 43 laudat, Anglus ostendit in *Museo Critico Cantabrigiensi* seu *Critical Researches* II, 150, sententiae plurimae in carminum longiorum formam, partim pessime, distinctae sunt. Haud melioris notae est Theognidis editio in *Hretschmari* libello scholastico *Plutarchus de puerorum educatione et de aud. p. Isocr. orationes tres* cet. Dresd. 1750, sententiis in sectiones divisus et argumento singulis capitibus praemisso. *Abrahami Hallii, Dani*, novae editionis Specimen, diligentia magis quam critica facultate conspicuum, et separatim et in *Nov. Actis Eruditorum* 1765 p. 401. 1766 p. 40 excusum, hanc rem non tangit.

4. Novam opinionem, nisi quod simile quid Frobenio diu ante in mentem venerat, *Valckenaerius* concepit, quae vero sanam critice Theognideam diu multumque remorata est. Is enim, cum alibi (ad *Eurip. Phoen.* p. 164) *male consarcinatas Theognidis reliquias* esse dixisset, quem (ad *Ammon.* p. 108) *cultissimum scriptorem* appellat, *sed mirabiliter saepe vitiosum*, ad *Xenoph. Memor.* ab Ernestio edit. p. 239 *quae nobis supersint, Theognidea ex variis Elegiis conflata sibi videri* professus est. Quibus verbis signum quasi datum est, dum ἐλεγεία, *elegi*, versus elegiaci, ex poemate unius tenoris olim excerpti, post male consuti, cum *Elegiis*, ἐλεγείαις, carminibus separatis et integris, confundebantur, ut Elegiarum novum genus componi inciperetur. Quod negotium pessime quidem cessit *F. J. Barthio* in Praefatione libri *Vorlesungen über einige Elegieen des Propertius* 1775; tum obiter ab *Heynio* (a. 1776) tentatum, ¹⁶²⁾

¹⁶²⁾ V. infra Praef. ejus not. 3. Ad *Homerum Heynius* Vol. VII p. 720 Theognidea farraginem esse ex pluribus ac diversis poetis, quae tamen ad Cynnum scripta sint, pro antiquioribus haberi posse judicat.

majore studio a *Brunckio* (1784) susceptum, ¹⁶³⁾ qui majuscularum quarundam in codicibus suis indicia, incertum qua fide, secutus, ¹⁶⁴⁾ sententias singulas et integra poemata etiam spatiis intermediis discernere coepit; postremo administratum est a Batavis *Wassenberghio* ¹⁶⁵⁾ et *Epkema*. ¹⁶⁶⁾ *Groddeckius* etiam elegiarum quandam seriem Theognidem condidisse ait. Atque hinc est, quod in poesi Graeca genus compositum, *Elegia gnomica*, a multis hodie statuitur, ipsis

163) Verba ejus sunt in Praefatione: *Nempe Theognidis poesis, quae superest, non est continuum opus, sed ex fragmentis constat e variis illius hominis elegiis aut poematibus excerptis.*

164) Librariorum in hac re ne cui major videatur auctoritas, comparandus est codex Hesiodicus, de quo *Thierschius* in *Actis Monac.* III, 413: » Ceterum mirum esset, ni jam veteres sensissent diversas *Ἐργῶν* partes aut male aut non cohaerere. Ducit eo, quod in codice, quem supra memoravi, Vindobonensi, ex vetustissimo libro haud dubie descripto, non tanquam continuum opus *Ἐργα* scribuntur, sed, ut factum a pluribus librariis in Theognideis describendis, ita, ut in singulis particulis paullo majoribus novum initium capiatur. Apertum hoc est eo, quod versus 210. 246. 272. 291. 381 al. a maxima litera initiali incipiunt, quali in pluribus Hesiodi manuscriptis saltem versus 381 insignitur, ut novum jam carmen incipere lectori pateat. «

165) *De Transpositione* 1786 p. 17. *Theognidis quae nobis supersunt γῶμαι e variis Elegiis sunt conflatae, ut scribit Valckenaerius ad Xen. Mem. ita tamen, ut e laceris illis fragminibus, nullo ordine e diversis scriptoribus, qui illa usurpaverant, recentiori demum aevo, ut equidem suspicor, congestis, etiam hodie integrae possint componi Elegiae, e quibus (nunc demum?) constet in poetis excellentissimis ac venustissimis habendum esse Theognidem. Quod, ne alia nunc memoremus, eximie probat Elegia ejus nuper in integrum restituta in Notis ad Vitas Homeri p. 6, qua nihil dari potest venustius.*

166) *In Actis litter. Societ. Rheno-Traject.* Vol. IV p. 339. *Brunckiana* editione velut filo Ariadne ductus non emendando tantum textui, sed et digerendis melius coagmentandisque male dilaceratis sententiarum reliquiis, *Wassenberghii* exemplo excitatus operam dedi. Cf. ap. Bekk. ad v. 257. 257. 371. 963. Lusus hos non nimis ingeniosos impugnare et exagitare nolo. Ceterum *Wassenberghii*, quam modo vidimus, conjectura de libri nostri origine *Epkemae* probatur. Pag. 318: *Gratiam quidem illi, quisquis fuit, magnam debemus, qui primus sparsa per varios auctores fragmenta, quasi tabulas e naufragio servatas, collegit et quodammodo coagmentavit; majorem vero, me quidem iudice, viris doctissimis, qui laceris poetae reliquiis pristino nitore restituendis egregiam prorsus operam navarunt, Camerario, Vineto, Neandro, Sylburgio.*

Graecis inauditum, ¹⁶⁷⁾ apud quos Elegia, quamvis ad argumenta moralia et politica ipsa quoque apta fuit, unitatē tamen nunquam et proprietate caruisse videtur, Gnomae autem, majorum hereditate acceptae, non in sectiones quasdam sive capita, sed ab Hesiodo ad Isocratem usque, qui et ipse vetustas repetit et retractat, novis raro admistis, in unam poesin sive unum aliquod corpus continua serie redigi solitae sunt. Hujusmodi poesin etiam Theognidem condidisse, a cujus forma recentiorum editionum species distinctis sententiis excusarum abhorreat, persuasum habeo.

5. Brunckii descriptionem versuum Gaisfordus retinuit et probavit etiam *Im. Bekkerus*, cujus hac de re iudicium his verbis continetur: *distingui coepta fragmenta a Brunckio*; sed passim novis distinctionibus et dissolutionibus emendavit. Neque tamen hoc sejungendi, intelligentiae juvandae gratia, negotium absolvit Vir eruditissimus, quod, si hoc agas, praeterea v. 83. 97. 235. 265. 475. 477. 559. 671. 943 Bekk. locum habere mihi visum est, et aliquot insuper locis, in quibus vel versus ad Cynnum et ad Polypaedam scripti conflati, vel aliena admista fuerunt. In codicibus suis sententias majusculis miniatis distinctas invenisse non videtur. Bekkerus autem quum Sylburgii et Brunckii notas omnes, Camerarii selectas dederit, suisque etiam et aliorum editionem passim ornaverit, nostram illi editioni, supplemento quodam notarum instructam, tanquam comitem subjungere constituimus: nostra certe Bekkerianae consortio non poterit carere. Scripturae contextum a Bekkero concinnatum et multis vitiis repurgatum plerumque, ut par erat, reddidi, et quoties ab eo recedebam, rationes apposui. Ex notis *Gaisfordi*, *Schaeferi*, in Brunckiana Gnomiorum editione ipsius opera iterata Lips. 1817, et *Boissonadii*, in *Poetis Gr. gnomis* Parisiis 1824, excerpti quas-

¹⁶⁷⁾ *Fr. Schlegel Gesch. der Poesie der Griechen u. Roemer* p. 220. *C. Schneider de elegiaca Graecorum poesi in Creuzeri et Daubii Studiis* T. IV p. 25. 44, qui quidem quantum ad Theognidem (p. 28) Valckenaerii sententiam amplectitur, aliique.

dam, et vellem nunc Gaisfordi et Schaeferi, virorum praestantissimorum, omnes locis suis inseruissem; cum ex illis, quae doctissimus Gallus paulo festinantius adpersit, nihil, quod magnopere desideretur, reliquerim.

De codicibus MSS. in quibus cum Phocylidis gnomis vulgo leguntur Theognidea, notitiam adhuc parum exploratam nos habere, praestantiores tamen esse Bibliothecae Regiae Parisinos (quatuor), quibus Brunckius, Mutinensem et Vaticanum, quibus Bekkerus usus est, verissime observavit Groddeckius (*Hist. Gr. litt.* I, 46). Praeter eos, quos Fabricius (p. 706 s.) recenset, partim nondum excussos, hi mihi innotuerunt libri manuscripti.

1. 2. Codd. Palatini duo ab Hoeschelio collati, quorum nescio an alter sit idem ac ap. Fabricium n. 11: »In bibliotheca quondam Heidelberg. teste Sylburgio in Monumentis pietatis cet. *Theognis* n. 102.« (I. e. in *Catal. Codd. Graecorum MSS. olim. in bibl. Palat. nunc Vatic. asservat.* Alter Cod. illic est n. 139, inscriptus *Θ. γινῶμαι πρὸς Κύρον τὸν ἑαυτοῦ φίλον.*) Neutrum nunc tenet bibliotheca Heidelbergensis.

3. Excerpta ex Theognide in Cod. Palat. qui hodie inter Heidelbergenses numeratur 129. Versus sunt 64, e quibus Creuzeri jussu in meos usus descriptis nihil percepi fructus.

4. Cod. Augustanus, cujus collationem Seberus ab Hoeschelio accepit.

5. Cod. Monacensis n. 495, olim Augustanus, qui desinit v. 277 Bekk. Scripta est haec pars caractere minimo et difficili lectu. Comparationem instituit Jacobsius, lectionesque mecum ultro communicavit, e quibus quasdam enotavi: plurimas, utpote perquam vitiosas, omisi. Is vero liber num ab Hoeschelii Augustano fortasse non diversus sit, cum Seberi editionem, nunc, quod non una de causa doleo, non ad manus habeam, disquirere nequeo. *Hallius* p. XX: Au-

gustanus codex multo rarius quam Palatini excitantur, quare collationem non tanta cum cura Hoeschelium instituisse suspicor.

6. 7. Vaticanus et Hamburgensis a Bekkero collati, cujus v. praef.

Hamburgensem quidem ex lectionibus a Bekkero allatis ex Aldina exscriptum olim suspicatus, ut ejus mihi copiam faceret, per literas adii Gurlittum, Virum clarissimum, qui Goettingam eum meis oculis perlustrandum ad me transmisit. Vidi tum, suspicionem non vanam fuisse. Nam quod *Boeckhius* Not. crit. ad *Pind.* p. 580 de Pindari quodam codice ait, *non transcriptum eum ex Aldina editione, sed plurima ex ea quasi depicta videri*, itidem de illo Theognideo dici possit. Habes in eo pariter ac in Aldina v. 164 Bekk. δ' ἔρμασιν pro ἔργμασιν, v. 212 πύνη pro πίνη, quae quidem in Cod. postmodum correctae sunt, habes v. 223 ποικίλον, v. 1204 γῆν, v. 1219 δυσμενῆ. In aliis tamen locis tythetiae vitia librarius sprexit, ut quod v. 189 excusum est ἀσθλός, v. 191 πελυπαίδη, v. 216 προσομιλίσει, pro quo Cod. habet προσομιλήσει, v. 488 κοτύλης, in Cod. κοτύλλεις. Discrepant etiam hinc inde in formis dialectorum, ut v. 22 Ald. dat θεόγνιδος, Cod. θεύγνιδος, v. 116 Ald. πρήγματι, Cod. πράγματι.

8. Cod. Harlejanus recentissimus Musei Britannici a Gaisfordo inspectus.

9. Cod. Salmanticae, ex quo *A. Schottus Obs. humanar.* II, 28 quaedam profert, suis locis a me notata.

10. Excerpta quaedam in florilegio sententiarum, *Gaisfordi Catal. MSS. qui ab E. D. Clarkio comparati in Bibl. Bodl. adserv.* P. prior. 1812 p. 21.

Denique *Matthaeius* in *Lectionibus Mosquensibus* poetas Gnomicos scriptoribus, quibus ex istis thesauris instrumentum peti possit, annumerat.

Cod. Paris. a Dorvillio collatus, cujus mentionem facit Gaisfordus ad v. 1060 suae ed. unus fuerit ex septem Parisiensibus ap. Fabricium. Ejusdem Dorvillii collatio citatur

ad v. 22. 66. 894. 953, desumta ea vel ex Juntino exemplari cum var lectt. in 7 pp. priores inter libros Dorvillianos in bibliothecam Oxoniensem illatos, *Cod. mss. et impressi olim Dorvilliani* 1806 p. 56, vel ex alio collato cum MS. bibliothecae Regiae n. 2103 ibid. p. 65.

Ex libris scriptis futuro editori ut aliquid praesidii quaerendum erit, ita etiam veteres aliquot editiones restant excutiendae, quas sicubi invenero nec ipse negligam. Ceterum non defuit labori nostro prolixus amicorum animus: et quorundam virorum eruditissimorum atque humanissimorum officia jam memoravi gratus. Sed praeterea Jacobsius pro eximia sua erga me voluntate et amicitia, quibus nihil mihi gratius exoptatusque, et Passovius, Vir clarissimus et Theognidis in paucis gnarus, notarum symbolas ad me miserunt, et Passovius quidem ad eam partem, quae ex Cod. Mutinensi accessit. Magnam a me gratiam iniit etiam Weberus, Gymnasii Francofurtani Professor doctissimus et optime meritus, cujus mihi amicitiam hoc ipsum Theognidis adornandi studium, nova mox ipsi ornamenta debituri, peperit, plagulis antequam prelo subjicerentur diligentissime corrigendis.



ELIAS VINETUS SANCTO LECTORI.

Cum otii plurimum anno superiore apud Franciscum Sangelasium Engulismensis Ecclesiae Decanum virum cum generis splendore tum ingenii dexteritate apprime nobilem nactus fuisset, id totum, quantum per adversam fortunam licuit, in jucundissima Graecorum poetarum lectione a me contritum est. Qua quidem in re consilium eorum lubens secutus sum, qui antiquos scriptores eo legendos ordine censent quo et vixerunt et scripserunt, quod recentiores a vetustioribus semper habeant quidpiam, quod non facile intelligas, nisi prius illos diligenter legeris. Perlectis igitur, quorum fuit copia vetustissimis quibusque, cujusmodi sunt Homerus et Hesiodus, Theognidem tandem in manus sumsi, cujus sententias licet graves esse non dubitarem, eo tamen intellectu mihi faciles fore sperabam quod crederem nil esse illic, quod a posterioribus, quos aliquando legeram, non fuisset luculentius tractatum. Verum vix dum e portu solveram, cum tot subito emergunt scopuli, tot statim obortae nubes coelumque diemque eripiunt oculis, ut a proposito facile his deterritus fuisset, nisi cupido hujus conficiendi aequoris me plane obstinata jam inde cepisset, ex quo primum a praeceptoribus meis Aristotelis aliorumque veterum scripta praelegi mihi coepta fuerant, quae hujus poetae sententiis veluti suavissimis flosculis inspersa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus animo certum esset, quae ad tam difficilem periculosamque rem conficiendam conducere visa sunt ea diligenter omnia adhibui, cujusmodi sunt cum variorum codicum locorumque ex eodem auctore ab aliis scriptoribus citatorum diligens collatio, tum sincerum et acre amicorum meorum virorum doctorum una cum meo iudicium: inter quos Petrus Panaetius et Jacobus Gupylus facile principes. Qua quidem diligentia, abscissis, adjectis, transpositis multis, effectum tandem est, ut instituto satisfecerim meo, perlegerim bonum poetam, eorumque, quae in eo corrupta erant, bonam magnamque partem obiter castigaverim.

Caeterum cum in eo totus essem, Ioanni Lodoïco Tiletano, typographo diligentissimo, rem patefeci, eum in ejus bibliopolium quaerendi ex eo exemplaris gratia aliquando me contulisset: quam ubi intellexisset, rogavit vehementer, ut si quid haberem in eum aucto-

rem, quem esset brevi excusurus, communicarem: me sibi studiosisque omnibus gratum facturum. Id autem perfacile impetravit ille, quando ineunte hac aestate huc veni, candide lector, cui in tuam gratiam publicandum tradidi quicquid fuit nostri in Theognidem laboris, quem auctorem utinam tam totum restituere omnino potuissem, quam cupiebam. Is enim tam depravatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis denique quantislibet vigiliis id praestare potuerim. Quae res in causa est, ut in Latinum sermonem a me conversum non habueris *). Quod reliquum igitur hic desiderabitur, id ab alio interim dum feliciter exspectabis, nostro hoc labore quantuluscunque est fruaris, eumque boni consulas velim. Vale. Lutetiae Cal. Sext. 1543.

EX

J O A C H I M I C A M E R A R I I

EPISTOLA NUNCUPATORIA,

scripta illa Cal. Sept. 1550.

Cum multis annis Theognidis lectio mihi cordi fuerit, quod hunc libellum in ludis litterariis proponi ad ediscendum pueris valde cuperem: tandem a me impetravi, ut illum a nobis explicatum emitte-
tere auderem. Quo autem libellus melior et ad institutionem puerilem accommodatior esset, sive orationem, seu sententias spectares, eo reperiebamus depravatiorem scripturam, non uno aut altero quidem sed innumerabilibus in locis. Itaque olim Eobanus Hessus, cum unâ in litterarum studio conjunctissime et suavissime Norimbergae viveremus, impatiens considerationis perpetuae, quae incitationem divinam animi et carminum cursus impediret, hujus libelli conversionem, ut luculente inchoarat, ita cum detrimento studii litterarum maximo abjecit ac reliquit. Etiam ego, cui ille tribuebat primas partes scientiae Graecae, debilitabam in eo animi contentionem, cum toties haesitans, tandem desperationem interpretandi hunc tam mendosum libellum prae me ferrem manifestam. Postea tamen non

*) Theognidem se latinitate donasse claris his verbis negat Vinetus, adest tamen in ipsa hac Vineto curante promulgata editione Latina poetae versio. Vineto hanc tribuerunt J. Crispinus et Jac. Hertelius in praef. suis Gnom. collectis praefixis, itemque J. A. Fabricius. KALL.

destitimus et ipsi, assidue legendo quaedam corrigere et aliorum conjecturas sciscitari, et auxilio amicorum in exemplis veteribus perquirendis uti. Atque nuper quinque conferre nobis concessum fuit, cum quidem eruditissimus et humanissimus juvenis Sigemundus Gelous Pannonius incredibili diligentia perfecisset, ut tria Venetiis exempla nancisceretur, quorum scripturas a vulgata discrepantes studiose et fideliter annotatas mihi transmisit. Etsi autem neutiquam integritati suae restituebatur hac etiam advocazione libellus iste: tamen quod jam certum et indubitatum mihi esset, nihil melius neque accuratius fieri erui posse, ita ad editionem hanc accessimus. De qua jam et opera quoque nostra, quam in explicando posuimus, nihil me dicere oportet: sed legentium esse iudicium debet. Opto autem, secundum Agamemnonis Homericum votum, ut existat quam primum

— ὅστις τῆςδ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι,
ἢ νέος ἢ παλαιός, ἐμοὶ δέ κεν ἄσμενον εἶη.

Hanc opellam studii et in edendo hoc auctore et in explicando mei, viri clarissimi ac prudentissimi, peculiariter mitto ad ludum civitatis vestrae, quem institutum liberalitate majorum vestra benignitas per difficultates horum temporum plurimas non solum conservare ac fovere, sed augere etiam et ornare non desinit.

FRIDERICI SYLBURGII PRAEFATIO 1591.

Theognidis versus esse plerosque omnes, quos vulgati libri nobis exhibent, non tantum Stobaei, sed etiam graviorum vetustiorumque philosophorum testimonio cognoscimus; Platonis, inquam, Xenophontis, Plutarchi, Athenaei, a quibus horum versuum multi passim citantur. Tum magnam ejus omnibus omnino seculis auctoritatem fuisse, Plato declarat, dum honorifico elogio testem eum citet libro I de Legibus, his verbis: *Ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν Θεόγγιν πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων.* Et Xenophon apud Stobaeum Sermone 86, qui est de Nobilitate, *Οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς* (inquit) *περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποιήται, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων· καὶ ἐστὶν ὁ ποιητὴς* (pro ἢ αὐτοῦ ποιήσας) *σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων· ὥσπερ εἴ τις ἵππικὸς ὢν συγγράψει περὶ ἵππικῆς.* Quibus verbis ostendit, speculum quoddam humanae vitae hanc poësin esse, in quo virtutum vitiorumque luculenta descriptio proponatur. Sed an integra haec ad nos pervenerit poësis, et an eodem

ab auctore conscripta sit ordine, ea de re non immerito dubitaverimus. Xenophon enim eo quem modo citavi loco, ἢ οὖν ἀρχὴ μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως, inquit, ὀρθῶς ἔχειν — et quae sequuntur. Quibus verbis significat, post prooemium, hoc est, post versum 28 in sui temporis editionibus collocatum fuisse locum illum modo citatum, qui est hodiernarum editionum versu 183. Deinde cum Suidas tradat, Theognidem scripsisse γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη βῶ· καὶ πρὸς Κίρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων, καὶ ἐτέρας ὑποθήκας παραινετικάς, de tribus hisce poematiis exiguam superesse partem videmus: immo ea ipsa λείψανα mire inter se confusa esse. In reliquiis enim hodiernis passim quidem Cynus ab eo compellatur: sed nonnusquam etiam Polypaedes; rarius Simonides, Onomacritus, Clearistus, Democles, Academus, Timagoras: ut clarum sit, quae Suidae temporibus in tres tomos distincta fuere, nostro seculo in unam farraginem absque omni ordine congesta esse. Praeterea non pauci versus in his vulgatis editionibus repetiti sunt: idque nunc iisdem plane verbis, ut 799 et 1035: 441 et 1159; nunc verbis paulum mutatis, ut 115 et 643: 351 et 648: 591 et 1163; et alii complures. Nec mulier tantum hic loquens inducitur v. 581 et 859; sed etiam equa v. 257, quanquam allegorice. Tum quaedam in hac farragine leguntur, quae a Plutarcho et Basilio tribuuntur Soloni: qua de re infra in fragmentis Solonis. Ut necesse sit, vel Theognidem a Solone quaedam mutuatum esse, vel consarcinatores hujus vulgati centonis Solonica pro Theognideis supposuisse. Sed et qui apud Phocylidem versus est 87, apud Theognidem est 115; et qui apud Theognidem est 472, legitur etiam in Eueni Parii fragmentis. Jam quod attinet ad sententiarum ipsarum pondus, non negligendum, quod Suidas notat, interspersas eis esse nonnusquam impuritates et puerorum illicitos amores, et alia quae a virtutis norma sint aliena: cujusmodi est etiam quod magis Epicuream licentiam quam Socraticam ἐγκράτειαν plerisque in locis spirat, ut non absque cautione piaevi juventuti haec legenda sint. Patriam vero Theognidi Plato tribuit Megara Siciliae, ut e loco paulo ante citato planum est: sed verior est Harpocratonis et Stephani sententia, qui, ut Elias Vinetus adnotavit, Megara inter Atticam et Corinthium agrum sita patriam ei fuisse tradunt. Quod ipse quoque Theognis confirmat, cum se v. 782 praeter alias Graeciae regiones, etiam in Siciliam venisse ait, nec in omni peregrinatione ista ullum solum patrio dulcius invenisse: ubi de adventu in Siciliam non meminisset, si Siciliam patriam habuisset. Deinde cum v. 771 ab Apolline petit, ut urbem quam Alcathoo, Pelopis filio, pro sua benignitate arce ac turribus muni-

vit, eandem etiam a Medorum insolentia tucatur, eandem quoque in Graecorum dissidiis custodiat, Graeciae, Megara satis luculenter intelligenda praebet: ut ex Pausania prolixè idem Vinetus adstruit. Ad haec, cum idem Theognis v. 890 a Jove petit, ut τὸ κυπέλλιον γένος perdat, Cypselidarum tyrannidem apud Corinthios vicinos suos ita perstringere videtur, ut Solon passim in suis elegiis Pisistrati apud Athenienses tyrannidem taxat. Quamquam et exulasse illum patet e fine hujus rhapsodiae, v. 1209, Thebas scilicet migratione facta; non tamen conditione servili. Ac licet passim de fortunarum suarum tenuitate conqueratur, ut quae genio suo minus respondeat; tamen et vineam in Taygeti clivis (qui Peloponnesi mons est in Laconia) se habuisse testatur v. 875. Forsan autem vel negotiationis vel peregrinationis amore incensus, contracto aere alieno grandiore, agros et bona relinquere solumque vertere coactus est, ut e v. 1199 conjicere est. Qui vero Siculum eum fuisse tradiderunt, inde fortasse conjecturam ceperunt, quod (Suida teste) in Syracusanos ex obsidione servatos elegiam conscripsit. Amasium ei Cyrnum qui fuisse tradiderunt, ut Suidas, inter caetera documenta tueri se possunt v. 1045: quamquam ibi Cyrni nomen diserte expressum non est. Nomen ipsum Θεόγνης, deminutionis specie quadam factum e Θεογένης.

PRAEFATIO A. KALLII AD SPECIM.

NOV. ED. 1766.

Cum pluribus abhinc annis Theognideas sententias primum perlegerem, maximo antiquissimi hujus et ἡθικωτάτου poetae amore captus fui, tum ob materiae, quam tractat, dignitatem, tum ob sententiarum gravitatem. Legendo et saepius relegendo sententiarum illius syllogem prorsus mihi cognitam reddidi, atque hinc, si quae inter aliorum scriptorum lectionem occurrebant, quae huic poetae illustrando inservire poterant, facilius ea animadverti, animadversaue chartis sedulo mandavi. Schedulis deinde perlustratis, cum in iis varia invenirem, quibus poetae lectionem adjuvari posse credebam, de tentanda nova hujus poetae editione consilium agitare coepi. Theognideas sententias hunc in finem curatius evolvens, ad prosodiae regulas singulos versus examinavi, locaque assiduo notavi, quae vel aperte corrupta, vel suspecta mihi videbantur. Multis adhuc mendis, etiam

post egregias Vineti, Camerarii, Seberi aliorumque emendationes, laborat Theognis, manu exaratorum codicum auxilio optime forsan emaculandus, sed cum ejusmodi subsidiis uti nondum licuerit, aliam medicinam locis male sanis parare studui. Plurima ex Theognide citata cum in aliis veteris Graeciae scriptorum libris superesse viderem, diligenter ea excerpsi, atque tanta hoc in labore usus sum felicitate, ut Theognideos *plus trecentos versus* invenerim, quibus, tanquam totidem gemmis, scripta sua ornare voluerunt antiquissimi auctores. Harum allegationum ope quamvis haud paucae scribarum maculae feliciter abstergi possunt, non omnem tamen, quae sperari potuit, exinde percipere licuit utilitatem; saepius enim ab hodierna textus Theognidei lectione nimis adeo recedunt, quae ab aliis scriptoribus excitantur, loca, ut soli lectionis varietati vix tantus eorum dissensus tribui possit: *) imo si forte unum idemque poetae dictum a pluribus simul excitetur, diversis tamen plerumque modis eandem sententiam singuli proferunt. Atque hanc ob causam de vera loci cujusdam lectione (saepius etiam de locis haud ita pridem suspectis) instituta collatione incertior multo, quam antea sum factus. MSS. codicum opem tanto ardentius desideravi, Theognidisque editionem per aliquod tempus differre decrevi. Frustulum futurae aliquando hujus poetae editionis jam exhibeo, hancque opellam, ut omnibus et singulis eruditionis amatoribus, sic iis praesertim commendatam exopto, qui in bibliothecis vel privatis, vel, suae curae commissis publicis scripta asservant Theognidis exempla. Vos igitur, Viri optimi, conatibus nostris favete, et quo consilio in nova hac editione concinnanda utamur, paucis accipite.

Historicam praemittemus de Theognide ejusque aetate scriptisque variis dissertationem. Cum autem pauca de poetae nostri vita apud probatae antiquitatis scriptores memorata reperiantur, fabulas quoque, quas de Theognide temere confinxerunt recentiores quidam, refutare conabimur. Megara Attica, non Sicula, nostri patriam fuisse demonstrabimus, Harpocratonemque turpiter falli, qui Platonem alteri sententiae favisse credidit. Contextus inprimis historiam componere, plenamque codicum tam manuscriptorum quam impressorum notitiam dare conabimur. *Θυωνύμων* etiam viros foeminasque illustres recensebimus circiter triginta. Dissertationem sequentur, quae

*) Dissidii hujus causam praecipuam esse credo, quod, cum in scholis juniorum memoriae mandari solerent Theognidis aliorumque gnomica praecepta, haec deinde memoriter, nec inspectis libris, citarunt, scriptisque suis interseruerunt.

praecipuis hujus poetae editionibus praemittuntur praefationes. Graecum Theognidis textum ad Wittebergensem anni 1620 editionem excudi curabo, variantisque scripturae notationem e caeteris editionibus studiose instituam. Textui in hoc specimine apposita est latina versio, ex eadem Seberi editione hausta paucisque tantum in locis emendata, sed novam prorsus melioremque futurae editioni adiungemus interpretationem. Subjicientur graeca Ioach. Camerarii scholia; Wolfg. Seberi et Ioach. Weitzii notas integras exhibebimus, quod tanto majori cum eruditorum assensu factum iri credimus, cum in rarissima et caeteris omnibus longe meliori edit. Witteb. a. 1620 unice exhibeantur. Sylburgii et Commelini notulas omnes quoque dabimus, sed e Viueti et Neandri commentariis tantum praecipua seligemus. Justi (1701) et Fischeri (1759) annotatis, cum ceteros tantum compilaverint, bonae frugis pauca adtulerint, parcius utemur. Nostras denique addemus notas, quibus ea quoque interserentur, quae a Barthio in Adversariis, Wopkensio in Lectionibus Tullianis, Piersonio in Verisimilibus multisque aliis ad poetam nostrum annotata inveniuntur. Fragmenta Theognidea, nondum edita, tria exhibebimus, ex Clem. Alex. Stromatibus, Stobaei Florilegio, libroque de interpretatione qui Demetrio Phalereo adscribitur, desumpta. *) Agmen claudat vocum Theognidearum copiosissimus index.

Ut melius perspiciatur, quibus subsidiis instructi ad novam editionem adornandam accessimus, catalogum subjicere lubet editionum Theognidearum, ordine chronologico digestum. — — —

CHR. G. HEYNII PRAEF. AD GLANDORFI
SENTENTIOSA VET. GNOMICORUM POETARUM OPERA. 1776.

Quantam vim ad hominum animos habeant morum officiorumque praeceptiones brevibus sententiis inclusae, cum et suo unusquisque usu perspectum habere possit, et alii passim declaratum id dederint, a me ut nunc doceatur, nemo facile expectet. Nec vero eas acute semper et argute dictas esse necesse est; quam nostra aetate praeci-

*) De primo v. not. 148, de altero not. 94; tertium ap. *Demetr.* 85 φόρμιγγ' ἄχορδον, de arcu, haud magis nostri Theognidis est, sed tragici poetae (non dithyrambici), frigidissimi. Est aliquid similitudinis inter arcum et lyram; quippe tum arcus cornibus instructus erat, unde proverbium ἢ αἰξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα, tum lyra ex iis fabricabatur (*Philostr. Imag.* 1, 10.) WELCKER.

puam sententiarum dotem vulgo haberi novimus; verum satis est, ut perspicuitate, brevitate et gravitate eae se commendent. Utinam essent modo multi, qui ita se mature compararent, ut sententias ejusmodi ex optimis scriptoribus haustas infixas haberent animis, quas in memoriam revocare possent, quoties in tanta hac rerum vicissitudine et in his perturbationum affectuumque fluctibus jactata vel abrepta mens aut continenda aut erigenda est. Credi enim vix potest, quod rerum tamen experimentis me ipsum didicisse profiteri non piget, quantopere animum aut prava cupidine inflammatum, aut ira exasperatum vel dolore saucium, aut ad vitae quotidianae humiles curas depressum pungat ac percutiat sententia gravis et generosa casu oblata seu in animum revocata.

Valere itaque ad virtutis studium commendarique adolescentibus potest ea res eodem modo, quo sanctioris doctrinae interpretes loca ac sententias e sacris libris memoria comprehendere jubent, ut earum retractatione et tempestiva recordatione retineantur animi aut confirmentur; quod recte eos facere nemo negat; modo plura ad vitae utilitatem quam ad subtilitatem doctrinae tenellis animis infingerent et inculcarent. Ita Siracidae sententiarum dilectu facto et idonea interpretatione proposita institutionem plurimum iri adjutum mecum putabunt multi. Non equidem ignoro, in sententiis enotandis multa et fieri posse praepostere ac ridicule, ac facta esse, inprimis superioribus aetatibus, cum ex veterum scriptorum lectione, cum ingenium esset excolendum, sensusque acuendus et oratio polienda, hunc unum fructum capere vellent multi, ut sententiis conquirendis et aucupandis unice esset intenti, nulloque cum dilectu vulgares ac jejunas quasque exciperent, et seu sermonibus seu scriptis inferebant parum tempestive. Enimvero quae prave fiunt, ea non, ne omnino fiant, sed ut recte fiant, praecipendum est.

Ceterum nullum facile est sententiarum genus, quod magis delectet, quam earum, quas veteris Graeciae ingenia carmine comprehenderunt: seu eas antiquitatis auctoritate, seu monumentum gravitate, seu simplicitate et candore orationis seu numerorum suavitate commendare se dixeris. Habent eae praeterea hanc singularem dotem, ut tradant multa e vita communi, quae per se sunt gravissima et identidem animis inculcanda, vulgaria tamen, quae sine reprehensione nunc quidem nemo recocta apponere possit; ut adeo aut iis omissis alia exquisitiora, quae minoris aut rarioris usus esse solent, praecipere, aut ea verbis ornare, in acumen convertere et a veritate ac simplicitate deflectere necesse sit; quae ipsa res efficit, ut nostra aetas acute et ingeniose dicta veris et utilibus praefere malit. At

vetus aetas, quae primum illa ad vitam regendam maxime necessaria et salubria monebat, recte utique vulgaria quaeque tradere, eaque proprie enuntiare poterat, nec verendum erat, ne verborum simplicitate offenderet, modo oratio perspicuitate ac vi sua ne careret. Delectat porro mirifice vitae priscae simplicitas in istis sententiis proposita, ad quam cum voluptate optimi cujusque redit animus, vitae hujus nostrae inter tot ornamenta, quae aetas ipsa attulit, tot falsis pigmentis inductae, tot aerumnis molestiisque vexatae pertaesus. Ita enim, nisi prava institutio indolem ingenuam corruperit, omnes nos vulgo comparatos esse puto, ut eum demum vitae usum verum ac desiderabilem esse judicemus, cum ad puritatem, innocentiam ac simplicitatem se quisque composuit, et cum bonis et innocentibus hominibus inter mutuas amoris et benevolentiae significationes vivere nobis contigit. Nec inficior me spem hanc fovere longe jucundissimam, vitae quoque melioris aliquando, si modo, quod credere licet, natura ejus et ratio ad animorum nostrorum habitus moresque comparata fore putanda est, delicias et jucunditates magnam partem ex hoc fonte esse profecturas, ut ad suam puritatem redeat animus, deteris his pigmentis, hoc fuco, quem vitae usus, hae artes, ipsa necessitas allinere solet: cum sine ista simplicitate, cujus vestigia aliqua seu aurea aetas seu prisca vita retinuisse narratur, nulla nec professio sensuum nostrorum ingenua et sincera, nec animorum conjunctio mutuusque amor esse queat. E contraria parte in aliis istorum gnomiorum poetarum locis jucundum est cognoscere, humanum genus jam illa aetate eundem, quem nos, versasse lapidem, iisdem studiis incubuisse, eadem consilia agitasse, vana et inania non minus, ac nos, captasse, iisdem erroribus, morbis mentium ac fraudibus laborasse. Delectant itaque hac rerum comparatione facta haud raro ea quoque, quae sunt admodum vulgaria et obvia; inprimis si eadem vitae usu rerumque experimentis, nostris quoque damnis seu commodis, comprobata meminimus. ¹⁾ Praeceptorum

1) Ut in Simonidis fragm. *Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι* etc. nos vitae spes plerumque quam longissime extendere. Ut illa in Theognideis v. 1137 sqq. unicum vitae hujus praesidium in bona spe esse positum; 1073 sqq. incertum esse omnium coeptorum eventum: 767 — 770 non decere virum doctum, doctrinae suae copias et fructum invidere aliis, nec (v. 221 — 224) sibi soli sapere quenquam debere: *Ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα*. Et illud v. 429 sqq. procreare et educare hominem esse facilius, quam bonam mentem inserere, et sic porro. Inprimis placent ea, in quibus nec illo tempore hominibus persuasionem defuisse videas, providentia divina omnia geri et curari; quod unum si teneant, non omnino misera esse potest hominum vita. Jam vide v. 141. 142 et 171. 172. Inter haec tamen interpretem nolim aliis persuadere velle, omnia omnino in his gnomiis esse praeclara. Occurrunt enim non pauca jejune et parum numerose, alia parum sapienter parumque explore dicta. De his non minus bonus interpretes adolescentes monebit, quam de iis, quae pulchra sunt.

utilitate summa aut exqulsito animi iudicio se commendant alia loca. Ita Naumachii versus plus quam sexaginta servati nobis sunt, in quibus futurae matronae ac matrifamilias salubria monita ac consilia proponuntur, tam eleganti carmine, ut illud vulgo ignorari saepe aegre tulerim. Ita praeter multorum iambos praeclari extant elegi, nec non Mimnermi et Panyasidis particulae; ex quibus sane bene intelligere mihi videor, quantum praesidii ad bonam mentem virtutemque animi ac probitatem habuerint homines, inter quos ea carmina integra extarent, et quam recte poetae prisci inter sapientes haberentur. 2) Juvat in aliis locis videre, quomodo istis aetatibus, cum recti justique esset sensus acrior forte quam in his vitae nostrae expolitae ludibriis, et in hoc mimo, quem agimus omnes, quomodo, inquam, summa ingenia userunt et exercuerunt eadem illae quaestiones, quae nunc non minus nostra aetate sapientissimum quemque ad incertitas redigere solent (ut scilicet in gravissimis quidem rebus post tot saeculorum decursum homines non plus sapere quam anilem vetustatem, intelligi possit); cujusmodi est illa dubitatio de successu consiliorum et votorum exitu, quae improbi suscipiunt; de divitiis ingentibus, quae sine malis artibus vix parari possunt; de obscuritate factorum (ut apud Theogn. v. 377 sq. 729 sq.), de ultione divina, quae in liberos et nepotes expetere creditur (v. c. 729 sq.). Suave quoque est videre poetas tribuere gravissimas sententias deo, plerumque Apollini, vel heroi, vel priscis hominibus: quale illud est, quod statim in principio Theogn. v. 16 sqq. occurrit; aut quemadmodum ex Homero sententiae a Pindaro, Simonide et aliis excitari solent in ipso carmine. Affert tandem miram voluptatem antiqui sermonis character passim his sententiis impressus, ductaeque a rebus vulgaribus similitudines, et inprimis symbolica notionum animi declaratio 3).

Ad liberalem itaque juvenilis aetatis institutionem sententiarum illarum usus videtur esse posse non contemnendus. Neque aliter visum viris de erudienda bonis litteris juventute ante haec duo saecula meritissimis, Camerario ac Neandro, qui in his sententiis illustrandis egregiam operam posuere. Etsi enim rerum gestarum scriptores in ipsis linguarum addiscendarum initiis accommodatiores

2) Quantum horum poetarum numerum habuerit antiquitas, vel ex Neandri praefatione ad Opus aureum cognoscere in promptu est.

3) Ex quo genere vel in solis Theognideis multa occurrunt observatu digna: vid. v. 84. 125. 152. 217. 233. 234. 257. 347. 371. 447. 457. 471. 513. 671. 813 etc. Et statim in princ. 71: *ad bonum virum, cujus consiliis uti possis, longa quamvis via contende.*

ceteris esse putem, cum ipsa narrationis varietas recreet animum grammaticis minutiis fatigatum; sunt tamen nec minus sententiae illae simplicitate et brevitate commendabiles, imprimis dilectu cum iudicio facto, saltem idonea interpretatione adhibita. Quam quidem et ipsam multum saepe difficultatis habere, equidem non ignoro. Fatendum enim est, Gnomicorum editiones nos habere nec doctas satis nec bonas, interpretationem autem recte institutam multo minus. Postulat autem hoc genus recensendorum poetarum majorem fere doctrinam, studiique assiduitatem, quam ullum aliud, cum a codicibus auxilii expectandum sit parum aut nihil; fragmenta autem ex diversissimis scriptoribus conquirenda et colligenda sint, in quibus diversae plerumque esse soleant rationes criticae, quae sint sequendae. Laudari enim solent a scriptoribus loca illa seu versus memoriter parumque accurate, omissis aliis, aliis insertis, interdum sic, ut ad certum consilium certumque sensum accommodent vel deflectant versus saepe metro ac numeris solutos; eundem versum ad plures auctores referunt, dialecto mutata; interdum eandem sententiam aliter verbis enunciata ac versu quoque comprehensam opponi videas, ut arduum sit ad diiudicandum, poetane sententias similes cumula-verit, an alii interpolaverint. Quod in Theognideis saepe usu venit, imprimis in locis de divitiis et de paupertate. Accidit porro, nescio quo fato, ut auctores, a quibus maxima sententiarum copia petenda est, sint ii, qui virorum doctorum artem et operam criticam omnium minime experti sunt. Ea enim omnino Graecorum scriptorum est fortuna, ut summi ingenii et doctrinae viri haeserint haud raro in parvis et obscuris libellis, principes vero auctores, unice dignos, in quibus ingenia exercerent et vigilias consumerent, intactos omiserint. Ita multo minus mirari licet, si nullum Plutarchum, nullum Stobaeum, quem vulgo vocant, habemus criticis curis probe expolitum; quanquam nunc melior fortuna hactenus affulsit, ut spes sit facta a viris doctis novae utriusque auctoris recensione. Theognidei carminis edendi expectationem moverunt alii viri docti, in quo critica arte pertractando larga adhuc laudis comparandae messis proposita videtur; etsi Camerarii et Neandri diligentia non pauca occupasse videri debet. In interpretatione autem qui recte versari vult, eum cum omnino genus hoc praecipendi, quod non nimis subtile est,⁴⁾ nec argutias

4) Eloquentur poetae gnomici, quod et in Salomone et Siracida tenendum, multa parum definite, quae ad certos fines revocanda: alia definite nimis, quae paullo liberius accipienda. Ita si Theogn. v. 305 malos ait non nasci, sed fieri, id aliter dictum videri non debet, quam de eo, quod plerumque fit. Ita v. 313 *inter insanos insanio, inter bonos bonum virum ago.*

nostrorum systematum ac compendiorum admittit, tenere, tum ad mores et opiniones priscae aetatis totum se comparare, iis se insinuare, cum poetis vivere, sentire necesse est. Redeundum est ad simplicitatem et paupertatem illius aevi; induenda sunt ingenia, qualia tum erant; exhibendus quasi est ad animum totus poeta cum bonis malisque, de quibus laetatur vel tristatur. Restabunt vel sic loca obscura, in quibus ignoramus vitae usum, qui illo tempore fuit; erunt tamen alia, quorum sensum assequi licebit ei, qui se ita paraverit, ut cum illis hominibus vivere videatur. Ita is, qui cogitet, poetam Theognidem in civitate libera vixisse, in qua juris aequalitas perpetua contentione conflictari solet cum inaequalitate fortunarum, perspectiora habebit, quae adversus ὕβριν ille tot locis (v. c. vs. 38 sqq. 1175) disputat, aut quoties σωφροσύνην requirit, aut in divitum mores invehitur. Ita perjuria nimis crebro pro nostris moribus execrantur veteres poetae; sed petendum hoc a jure privato male descripto, quale in civitatibus antiquioribus, ante hanc jurium et actionum subtilitatem inventam, esse necesse erat. Bene observatum vidi a Theognide v. 191. 192⁵⁾, cum, divitiarum studio, connubia promiscue jungerentur, adeoque gentes ac familiae diversorum ordinum permiscerentur, optimatum cum plebejis ac deterioribus, inde esse factum, ut mores totius civitatis corrumperentur. In illa quaestuum, quos ingenui facere possent, paucitate, cum agro colendo victum sibi quaerent plerique omnes, ad morum probitatem multum intererat, haberetne aliquis rem familiarem necne; itaque ut apud Romanos boni viri, ita apud Graecos χρηστοί, ἀγαθοί, ἐσθλοί, de divitibus, saltem bonis patribus familias, frequentantur. Ad veterum civitatum instituta spectant similiter, quae in Theognideis de exulibus v. 333, de servili capite v. 535 memorantur; et quod tyrannum occidere jubet quocumque modo (v. c. vs. 1183.).

Ut mores et instituta istarum aetatum, ita sermonis priscae proprietates et indoles inprimis est attendenda, cum in symbolicis formulis de quibus jam supra memini, tum in singulis formis ac vocabulis. Ita ἀρετή in Gnomiis significatus habet plures, quos nondum vidi accurate digestos ac definitos. Ita δαίμων occurrit, qui ex veterum hominum notione parum subtiliter constituta malos ad perniciem adducit (v. c. Theogn. 403). Eleganter Aten substituit Rhianus in praeclaro fragmento, quod ex eo apud Io. Stobensem superest. Manet tamen in hoc genere, quod symbolice effert animi notionem, nonnunquam obscuritas, quae dispelli vix satis potest. Ita

5) Quod nostri quoque sapientes viderunt. Conf. Machiavell. Disc. in Liv. lib. III. c. 43 et 46.

difficile dictu videtur, quod in Theognideis est v. 54. 55, corruptos esse civitatis mores, pellibus caprinis esse cives indutos, administrare tamen civitatem tanquam cervos. Quae autem personam et fortunam poetae respiciunt, omnino non satis ad liquidum perduci posse, nemo facile mirabitur (v. c. Theogn. 261 sq. 543 sq. 823 sq.).

Ad nostras itaque rerum notiones et opiniones ne interpretatio Gnomarum deflectatur, diligenter cavendum est. Tenendum quoque bono interpreti hoc: non modo praecepta virtutis et monita ac consilia his carminibus contineri; verum etiam alia, quae poeta vitae usu observata et animadversa meminerat. Discernenda adeo haec ab illis, nec poeta ea probasse semper putandus est, quae prout vulgo fiant ac gerantur narrat; non magis ac Machiavellus, quoties ea, quae principum pravitate ac fraude sceleste illo tempore gerebantur, exponit. Quod monendi non minus sunt illi, qui Salomoneas sententias interpretandas suscipiunt. Uti omnino in utroque genere nunquam dimittendum est animo, versari nos in scriptoribus ex aetatibus humani generis rudioribus, necdum ad subtiliorem hanc sapientiam et disciplinam perfectam expolitam, quam etsi non vita exprimere, praeceptione tamen et disputatione celebrare solemus. Ex eo genere sunt ea, quae de ulciscenda injuria et persecuendis inimicis occurrunt,⁶⁾ etsi et haec in civitate libera ad alias rationes referri possunt, quam in nostra hac vita, quam ipsae leges et reip. forma ad inertiam revocarunt. Ex sanctoris nostrae doctrinae monitis haud magna virtus habenda esset ejus hominis, qui nihil aliud haberet, quo se jactaret, quam quod non pejeravit nec amicum aut socium prodidit; atqui illa aetate laus haec haberi debuit satis praeclara (cf. Theogn. v. 529), cum nondum humana ingenia, uti ad virtutem, ita nec ad vitia sensum haberent tam elaboratum et subtilem.

Difficultates in interpretandis Gnomicis multo magis accumulantes difficultates criticae, quas in nullo adhuc auctore hujus generis satis expeditas esse, et multa adhuc vitiis et corruptelis laborare, supra meminimus. Quae enim aliunde excerpta sunt, variis modis sunt corrupta, interpolata, luxata. Tum, quandoquidem versus singuli aut plures e media oratione sunt petiti, sententia saepe est truncata, saltem impedita. Nec aliter res se habet in iis carminibus, quae continua oratione contexta ad nos pervenere. Accessere vero in his, imprimis in Theognideis, aliae nec minores molestiae, ut aliena car-

6) Ut Theogn. v. 363. 364 et 337 sq. *Da, Deus, ut inimicos meos superem* etc. non dissimilia Davidicis precibus, a vita et aetate Davidica non alienis. Generosius v. 1077. 1078, ubi si inimicus bonus vir sit, se ejus laudi detrectare nolle, profitetur; et v. 89. 90 sodalem jubet aut sincero amore aut manifesto se odio prosequi.

mina e margine sint inserta, aut plura inter se diversa e diversis carminibus seu carminum locis descripta, nullo inter versus intervallo relicto continuata, alia alieno loco posita; 7) ut adeo difficillimum sit, cum, in tanta codicum paucitate et novitate, parum auxilii e libris sperare liceat, vera a suppositis ubique discernere. Quod vero in Theognide interpretando inprimis crucem figit, est hoc, quod, etsi Camerarius ac Neander, mox et alii viri docti subodorati sint, nondum tamen ullius cura et studio satis exploratum est, quod carmen illud e pluribus, iisque diversi argumenti forte, et diversorum auctorum, fragmentis est compositum. Ita enim mihi habeo persuasum, nos non tam Theognidem, quam excerpta alicujus viri docti e Theognide habere, adjunctis et insertis passim aliis, quae idem vir doctus in suum librum retulerat, sive ejusdem Theognidis sive aliorum poetarum elegiacorum essent. 7*) Certe plures elegias integras, aliarum autem fragmenta, in-texta esse Theognideis, facile intelligat is, qui sensum non prorsus obtusum habeat. Atqui horum magna pars ad amores et computationes spectat. Eorum igitur exordia observata et notata esse velim ab eo, qui novam Theognidis recensioem moliturus sit. 8)

7) v. c. Theogn. v. 131. 132. 165 et 166. 207 et 8; item 9 et 10. Luxatio manifesta v. 293, aliena inmixta v. 691. 692 et al.

7*) In censura editionis Brunckianae *Göttingische Gel. Anzeigen* 1784 p. 948 similem opinionem Heynius his verbis exponit: Es läßt sich leicht im Lesen bemerken, daß was wir unter des Theognis Namen haben eine Sammlung zusammengeraffter einzelner Stellen, Sprüche und Fragmente elegischer Poesieen ist, wovon die Grundlage von Theognis ist; aber es sind viele fremde Stücke hinzugekommen, viele Verse wegen ähnlichen Inhalts oder vom Rande dazu eingetragener, gegen das Ende sind auch Trinklieder oder Fragmente daraus angehängt, mit andern Sentenzen, die später bemerkt und beygeschrieben worden. Was wir also haben, ist eigentlich eine Anthologie vormaliger Poesieen, oder ein *Excerptenbuch*, das sich ein Gelehrter vor langen Zeiten gemacht hatte. Die Handschriften, die wir haben, sind alle Copieen von jenem. — Der Recensent gesteht gern, daß er gewohnt ist, sich nicht mit einzelnen Theilen der Rede zu begnügen, sondern Stellen im Zusammenhang zu fassen und die Gedankenfolge aufzusuchen, daß er eine Menge Stellen im Theognis nicht versteht, welche Brunck nicht berührt, selbst einige nicht, die er emendirt hat: ein paar gut gewählte Worte können doch oft einem Leser viel Mühe sparen: z. B. 172. 293. 392. 555. 593. 803. 479. 1043 (Br.) — Huic praeceptoris sui judicio assensit *Groddeckius* in *Commentatione Vergleichung der alten mit der Deutschen neueren Litteratur* 1788 p. 14, ubi nostrum librum vocat ein *Excerptenbuch aus den Paraenesen des Theognis*, et in *Hist. Graecor. litt. ed. prior.* p. 49. F. G. WELCKER.

8) Cum animo in aliis occupato nuper Theognidea perlegerem, visus mihi sum exordia seu fragmenta novarum Elegiarum deprehendere in his locis: vss. 237. 260. 261. 266. 373 sq. 467 s. 511. 531. 549. 679. 755. 771. 871. 932. 967. 996. 1115. 1128. 1191. 1197. Nonnulla horum carminum ad alios, quam ad Cynnum, scripta sunt, nominibus quoque expressis, uti Elegia v. 467 sq. ita scripta, ut inter computationem decantari videatur, ad Simonidem: alia v. 667 porro hilarioris argumenti; alia v. 503 ad Onomacritum, et ad Academum 987 sq. Similis argumenti elegia incipit a v. 1035, quam ad Timagoram scriptam esse v. 1055 apparet. Diversum a Theognide auctorem prodit quoque v. 875 vinum ex Taygeto; uti et ad poetam e Laconica ortum spectare potest invocatio Dioscurorum v. 1083. De extremis a v. 1209 nihil certi statui potest; apparet tamen auctorem fuisse e Magnesia Ioniae, nam Lethaeum fluvium memorat, ad quem urbs illa sita fuit. Obscura quoque sunt v. 887 sq. sed ad poetam Euboensem spectare videntur. Damoclem alloquitur v. 919.

Cum in vitae brevitate hac multa passim animo occurrant factu utilia et salubria, quae tamen ipse perficere nequeas; professoris autem bonarum litterarum partes sint, quo ipse pervenire nequeat, eos aliis viam monstrare, et adolescentes ingenuos non modo institutione, verum consilio quoque adjuvare: auctor fui juvenibus aliquot ingenio ac doctrina conspicuis, ut ad Gnomas veterum Graecorum interpretandas et recensendas animos ac studia converterent; inprimis cum illi e rationibus suis esse viderent, ut suae doctrinae specimina publice proponerent, iisque se ad majora et elaboratiora accingerent. Prodeunt itaque nunc Carmen Pythagoreum et Solonis Elegi ac fragmenta, emendata et illustrata; prior quidem particula a V. Cl. E. G. GLANDORF, qui cum bibliothecae nostrae Regio-academicae a litteris sit, multa in promptu habuit subsidia, inprimis litteraria; altera vero a V. Cl. F. A. FORTLAGE, qui ad Osnabrugenses migravit inter Collegas Gymnasii, quod apud eos floret, adscriptus, vir doctrina, diligentia et modestia mihi inprimis probatus. Quod virorum doctorum par si lectori commendo, facere mihi videor id, quod in liberis suis, curae aliorum commendandis, sine reprehensione faciat bonus paterfamilias, ut, ne aliorum benevolentia et officio indigni illi sint, se saltem providisse profiteatur. Scr. Goettingae d. VII. Sept. MDCCLXXVI.

EX BRUNCKII PRAEFATIONE AD GNOMICOS

1784.

Poetarum, quos Gnomicos vocant, editionem accuratam et venustam nullam videram. Veteris sapientiae, Graecaeque elegantiae studiosis gratum me facturum quid putavi, si eis enchiridion nitidius politiusque ornatum traderem. Theognidem, qui agmen hic ducit, primus in lucem edidit *Aldus Manutius*, cujus liber instar est veteris apographi, quo ipse usus est. Codicis illius vitium, ut in principem editionem, sic ex ea in ceteras omnes permanavit, quod quale sit, cuivis hanc novam cum aliis conferenti statim in oculos incurret. Nempe Theognidis poesis quae superest, non est continuum opus, sed ex fragmentis constat e variis illius hominis elegiis aut poematibus excerptis. Illam ad *quatuor codices* Bibliothecae Regiae contuli, quorum in tribus sententiae fere ad eundem modum distinctae sunt, quo in hoc libello. Singulae vel in capite habent litteram majusculam miniatam, vel litera illa carent, vacuo relicto spatio, ubi peritioris calligraphi manu pingenda erat. Praeterea qui

primus farraginem illam coagmentavit, Theognideis versus plurimos immiscuit aliorum auctorum, Tyrtaei, Mimnermi, et maxime Solonis. Poterant quidem illi inter Theognideos relinqui, si Theognis seorsim et sine ullo comitatu excuderetur; sed quum adjunctos habeat illos ipsos scriptores, quorum possessionem invaserat, interdicto adversus eum agi, tum aequitatis, tum concinnitatis ratio postulabat; qua de re in notis dixi. — —

Latinam versionem plerisque horum carminum adjungi solitam, ut tironibus damnosam, doctoribus inutilem, consulto omisi. Ne tamen hic libellus omni utilitatis aut voluptatis fructu careret, quem capere possent qui litteris Graecis haud fuerunt imbuti, sententias et fragmenta ab Hugone Grotio aliisque summis viris eleganti carmine Latino reddita singulis Graecis subjeci. Notas addidi breves, criticas fere et Graecae lectionis constitutionem spectantes. Anthologiam sententiarum parallelarum e Graecis Latinisque poetis facere perfacile fuisset; sed inutili mole librum onerare nolui. Stobaeum adeant et florilegia Latinorum poetarum, qui, quot diversis modis res eadem possit enuntiari, perpendere amant.

EX THOMAE GAISFORDI PRAEFATIONE

AD POET. MIN. GR. VOL. I 1814. *)

Quaquam in hac Poetarum Minorum Graecorum editione parum vel potius nihil quod memoratu quidem dignum sit, effecerim, intererit tamen lectoris, ut de instituti mei ratione, et de subsidiis quibus usus sim, in ipso operis limine certior fiat. — —

Quod ad rationem criticam spectat, satis erit in universum monuisse, me in contextu, uti vocant, constituendo, semper illaesam servare voluisse optimorum et vetustissimorum exemplarium fidem. Manuscriptorum itaque et edd. antiquarum, quotquot ad manum erant, collationibus diligenter usus, lectiones, quae vulgatis anteferendae videbantur, exinde haud dubitanter recepi. Emendationes ex conjectura rarissime (nunquam certe inconsulto lectore) admisi: quod sane saepius factum debuerat, si omnia ad accurate scribendi leges exigere mihi propositum esset. Ecquis enim nescit vitia, quae reliquias veterum deformant, codicibus hodiernis magnam partem esse antiquiora?

*) Volumini alteri 1815 praemisum est supplementum ex Bekkeri ed. Repeti hanc Poetarum Minorum editionem multis cum auctariis curavit G. Dindorf Lips. 1825.

In brevibus cuilibet paginae subjectis annotationibus, praeter MSSorum et edd: vett. lectiones a receptis diversas, quae ullius quidem videbantur momenti, adjeci, quotquot in adversariis enotaveram, veterum auctorum loca Hesiodum ceterosque poetas laudantium. Deinde Indices tres verborum locupletissimos addidi: quorum — — secundum, in Theognidem, post Blackwallum a Sebero mutuam sumsi. In Theognide adhibiti sunt:

Harl. MS. recentissimus Musei Britannici Harl. n. 6501.

Turneb. *ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΑΙ ΠΑΛΑΙΟΤΑΤΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ* Parisiis MDLIII. apud Adrianum Turnebum typographum regium 4to.

Vinetus. Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, aliorumque veterum poetarum gnomica apud Crispinum 1569. 12.

Neander. Opus aureum et scholasticum etc. studio Mich. Neandri Soraviensis. Lipsiae 1577. in 4to.

Sylburgius. Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, et aliorum Poemata Gnomica — opera F. Sylburgii — Traj. ad Rhenum 1592. 12.

Seberus. Theognidis etc. cum indice duplici, etc. Ed. secunda, quae seorsim, praeter Graeca Ioachimi Camerarii Scholia, peculiare quoque notas exhibet, etc. et var. lect. e MSS. Aug. et Palat. opera M. Wolfgangi Seberi. Lipsiae 1620. 8vo.

Blackwall. Theognidis etc. etc. notis et emendationibus explanatae et exornatae opera Antonii Blackwall. A. M. Londini 1706. 12.

Epkema. Observata in Theognidem apud Acta Societatis Rheno-Trajectinae T. IV.

[Camerarium igitur Gaisfordus quoque neglexit.]

IMM. BEKKERI PRAEFATIO 1815.

Theognidem edo paene invitus. Quum enim probe nossem multa post Brunckium et propter Brunckium superesse in eum poetam conferenda, quae a me jam conferri non possent, malebam, si quid ei vel emendando vel supplendo utile reperissem, seorsim id proponere. Tutissimum consilium tentavi frustra. Itaque susceptis editoris partibus ut aliquatenus satisfacerem, orationem poetae et ipse passim emendavi et post me emendaturis instrumentum collegi quam potui maximum. In quo principem locum tenent codices manu scripti. Eos affero tres, Mutinensem 115, Vaticanum 915, Hamburgensem, hunc a literatissimo humanissimoque Gurlitto, illos a me, quum Parisiis essem, excussos. Et Mutinensis quidem membranaceus est, formae quadratae minimae, foliorum 112, insigni scripturae et elegan-

tia et antiquitate: quo praeter Theognidem, multo quam in ceteris libris integriorem, continetur Homero^{cento}, Phocylides, Coluthus, Dionysius Periegeta. Vaticanus formae est maximae, foliorum bombycinorum 258, complexus simul Homerum, Hesiodum, Theocritum, Lycophronem, Phocylidem, alios, recensendos Hasio in Catalogo suo codicum ex Vaticano Parisios translatorum. Quem tertio loco posui, Gurlittus narrat bibliothecae Hamburgensi donatum esse ab Io. Mich. Dilherro, professore Jenensi, mox Norimbergensi: scriptum in charta pergamena formae octonariae, literis iis quae aetatem referant inventae jam artis typographicae: et poterit videri recentior Aldo. Continet et ipse multa multorum: Ajacis Sophoclei partem postremam, Apollonii Rhodii libros 3 et 4, Phocylidem, Gregorii Nazianzeni sententias, Versus Sibyllinos, Theocriti idyllia sex, de re metrica commentariolos tres.

EX IO. FR. BOISSONADII PRAEFATIONE

AD POETAS GR. GNOMICOS PARIS. 1823 ED.

In edendis hisce poetis non mihi repetendam sumsi Brunckianam editionem; quod consilium, qui viro doctissimo et *κριτικώτατῳ* placuerit, vix intelligere possum. Brunckiana, in Theognide praesertim, recensio prorsus fuit negligenda, adeo pro libitu fragmentorum lectionem mutavit. Recensionem superiorum editorum praecipue exhibui, usus insuper optima Bekkeri editione, qui Theognidem versibus CLIX e codice Mutinensi auxit. Nam Bekkerus, homo summae industriae et eximiae diligentiae, cui scriptores egregii, Oratores scilicet Graeci et Thucydides, plurimum debent, minores etiam auctores, nec non minimos, Coluthum, Tzetzem, Theognidem, copiis collatorum a se codicum adhibitis, correxit et supplevit; criticorum quorundam superba fastidia perosus, qui splendida adorant nomina non sine superstitione, et quidquid auctorum non intra classica tempora nituit ut sordidos et capite census despuunt ac proculcant. Supplementum illud, quod in Gallia primus edo, Suidae firmat testimonium referentis *παρεσπαρμένως* esse Theognideis *μωρίας καὶ παιδικούς ἔρωτας*. Sunt enim hi novi versus ut plurimum directi ad amasium, verbis tamen modestis.

ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ

ΓΝΩΜΑΙ ΠΡΟΣ ΚΥΡΝΟΝ.

- Κριούς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας, καὶ τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει 185
ἔσθλός ἀνὴρ, ἦν οἱ χρήματα πολλὰ διδοῖ.
5 οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀγαίνεται εἶναι ἄκοιτις
πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
χρήματα γὰρ τιμῶσι· καὶ ἐκ κακοῦ ἔσθλός ἔγημεν,
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ· πλοῦτος ἔμιξε γέτος. 190
Αὐτός τοι ταύτην εἰδὼς κακόπατριν εἰούσαν 193
10 εἰς οἴκους ἄγεται, χρήμασι πειθόμενος,
εὐδοξὸς κακόδοξον, ἐπεὶ κρατερὴ μιν ἀνάγκη
ἐντύει, ἢ τ' ἀνδρὸς τλήμονα θῆκε νόον.
Κύρν', οἱ πρόσθ' ἀγαθοὶ τῶν αὐτῶν κακοί, οἱ δὲ κακοὶ πρὶν
τῶν ἀγαθῶν. τίς κεν ταῦτ' ἀνέχοιτ' ἐσορῶν, 1110
15 τοὺς ἀγαθοὺς μὲν ἀτιμοτέρους, κακίους δὲ λαχόντας
τιμῆς; μνηστεύει δ' ἐκ κακοῦ ἔσθλός ἀνὴρ.
ἀλλήλους δ' ἀπατῶντες ἐπ' ἀλλήλοισι γελῶσιν,
οὐτ' ἀγαθῶν μνήμην εἰδότες οὔτε κακῶν.
Κύρνε, πόλις μὲν ἔθ' ἠδὲ πόλις, λαοὶ δὲ δὴ ἄλλοι,
20 οἱ πρόσθ' οὔτε δίκας ἠδῆσαν οὔτε νόμους,

1. Ἐξ εὐγενῶν γέννα. Sosiad. Sept. sap. dict. ap. Stob. S. 3.

ἀλλ' ἄμφι πλευρῆσι δοράς αἰγῶν κατέτριβον, 55
 ἔξω δ' ὡςτ' ἔλαφοι τῆσδ' ἐνέμοντο πόλεος.

Εἰκὸς τὸν κακὸν ἄνδρα κακῶς τὰ δίκαια νομίζειν,
 μηδεμίαν κατόπισθ' ἄζόμενον νέμεσιν. 280

25 δειλῶ γάρ τ' ἀπάλαμνα βροτῶ πάρα πόλλ' ἀνελέσθαι
 παρ ποδός, ἠγεῖσθαι θ' ὡς καλὰ πάντα τιθεῖ.

Νῦν δὲ τὰ τῶν ἀγαθῶν κακὰ γίγνεται ἐσθλὰ κακοῖσιν
 ἀνδρῶν· ἠγέονται δ' ἐκτραπέλοισι νόμοις. 290
 αἰδῶς μὲν γὰρ ὕλωλεν· ἀναιδείη δὲ καὶ ὕβρις
 30 νικήσασα δίκην, γῆν κατὰ πᾶσαν ἔχει.

"Ἦδη νῦν αἰδῶς μὲν ἐν ἀνθρώποισιν ὕλωλεν,
 αὐτὰρ ἀναιδείη γαῖαν ἐπιστρέφεται. 647

Οὐδένα παμπήδην ἀγαθὸν καὶ μέτριον ἄνδρα 615
 τῶν νῦν ἀνθρώπων ἠέλιος καθορᾷ.

35 Ἐλπίς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλή ἐνεστίν,
 ἄλλοι δ' Οὐλυμπόνδ' ἐκπρολιπόντες ἔβαν. 1135

ᾤχετο μὲν Πίστις, μεγάλη θεός· ᾤχετο δ' ἀνδρῶν
 Σωφροσύνη· Χάριτες τ', ὧ φίλε, γῆν ἔλιπον.

ὄρκοι δ' οὐκέτι πιστοὶ ἐν ἀνθρώποισι δίκαιοι,
 40 οὐδὲ θεοὺς οὐδεὶς ἄζεται ἀθανάτους. 1140

εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν γένος ἔφθιτο, οὐδὲ θέμιστας
 οὐκέτι γιγνώσκουσ' οὐδὲ μὲν εὐσεβίας.

ἀλλ' ὄφρα τις ζῶει καὶ ὄρα φάος ἠελίοιο,
 εὐσεβέων περὶ θεοῦς, Ἐλπίδα προσμενέτω·

31. Δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδῶς
 οὐκ ἔσται· βλάπτει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρεῖονα φῶτα
 μύθοισι σχολιοῖς ἐνέπων, ἐπὶ δ' ὄρκον ὀμείται.

Hesiod. O. et D. 194. Spohn.

35. Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὀλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρουδείης
 λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένῳ χρῶα καλόν,
 ἀθανάτων μετὰ φύλ' ἴτην, προλιπόντ' ἀνθρώπους,
 Αἰδῶς καὶ Νέμεσις.

Id. 199.

- 45 εὐχέσθω δὲ θεοῖσι κατ' ἀγλαὰ μηρία καίων, 1145
 Ἐλπίδι τε πρώτῃ καὶ κυμιάτῃ θυέτω.
 φραζέσθω δ' ἰδίκων ἀνδρῶν σκολιὸν λόγον αἰεὶ,
 οἱ θεῶν ἀθανάτων μηδὲν ὀπιζόμενοι
 αἰὲν ἐπ' ἀλλοτρίοις κτεάτοισι ἐπέχουσι νόημα,
 50 αἰσχροῖα κακοῖς ἔργοις σύμβολα θηκάμενοι. 1150

Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι. κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει
 ἀνδράσιν, ἀλλ' αἰεὶ τῶν ἀγαθῶν ἔχεο·
 καὶ μετὰ τοῖσιν πίνε καὶ ἔσθιε, καὶ παρὰ τοῖσιν
 ἕξε, καὶ ἀνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.

- 55 ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεται· ἦν δὲ κακοῖσιν 35
 συμμίσγης, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἔοντα νόον.
 ταῦτα μαθῶν ἀγαθοῖσιν ὁμίλει, καὶ ποτε φήσεις
 εὖ συμβουλεύειν τοῖσι φίλοισιν ἐμέ.

- Σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι, οἰά περ αὐτός, 27
 60 Κύρον, ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παῖς ἔτ' ἐὼν ἔμαθον.

Χρὴ Μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περισσὸν
727. (11) Brunckii errorem *ἠεροφάνε* edentis exagitavit Porsonus praef. ad *Hec.* p. IX. *Med.* 822. GAISFORD. Add. Friedemann. de *med. syll. pentam.* Gr. p. 289. SCHAEF. et Passow über *Griech. Wörterb.* p. 104. cf. 89. Choerobosc. MS. ap. Götting. ad *Theodos.* p. 247. — Dianam quod Agamemnon Trojam navigaturus, quasi *νηοσόον λιμένεσθιν ἐπισκοπόν* (*Callim.* in *Dian.* 39) sive *λιμενητιδα* (*Meurs.* *Lacon.* I, 2 p. 6) fertur dedicasse, hoc inde derivandum videtur, quod vetustissimus illius deae cultus in ora Aulidensi fuerit, quo facile fieri posset, ut memoria ejus varie intertexeretur fabulis Trojanis. Ex Cypriis tradit Proclus, deam iratam excitata tempestate a navigatione Graecos retinuisse. Apud *Callim.* in *Dian.* 228 Agamemnon, cum adversis ventis detineretur, gubernaculum navis in ejus aede sacrat, quo felicem impetret cursum; apud *Strabonem* sacris peractis templum ornat. Sanctissimi ad portum Aulidensem Dianae templi auctorem celebrant Agamemnonem etiam *Dicaearch.* *Ἀναγρ.* 88, *Liv.* XLV, 27 aliique. *Plin.* XVI, 79. *Super omnia memoratur aedes in Aulide ejusdem deae, seculis aliquot ante Trojanum bellum exaedificata.* Megaris etiam Dianam ut marinam deam sive *Λιμενητιδα* antiquitus cultam esse, hinc fit probabile, quod templum ejus ab Agamemnone, nimirum Iphigenia illic, ut ipsi contendebant, sacrificata *), conditum ferebatur, *Pausan.* I, 43, 1, quod nostro loco insigniter firmaretur, si a Theognide profectum esse constaret. *Ἐρθεσίαν* Megarensium, quam ex inscriptione memorat *Muellerus Doriens.* I, 585, ab hac dea non diversam fuisse, dubio caret. Spectat ad eam lunula in numis Megarensium; v. ad 755. Cod. Aug. *εἶσαρο.* *A. Matthiae* in *Obs.* in *quosd. poet. Gr. loc. c.* 12, *εἶσαρο, cognovit, expertus est* (illud etiam in Cod. Mut. superscriptum), quod ita absolute positum nec clarum foret**), nec si hactenus ferri possit, verum et antiquum, quia tanquam gravem et iracundam, qualem Agamemnon expertus erat, nemo eam superstitiosorum veterum invocavisset. Illud vero, quam *dedicavit*, ad sanctitatem deae praedicandam apprime aptum: nam vetusta habere templa, ab antiquis regibus heroibusque condita, summa laus est deorum. *Pind. P.* IV, 164 *εἶσαρο τέμενος.* *Hesych.* Ἡσαρο· ἐκτίθεν, ἰδρύσαρο, ut *Herod.* V, 67

*) Agamemnonis filium Hyperionem apud ipsos regnum tenuisse, fama ferebant Megarenses. *Pausan.* I, 43, 2.

**) Diversum est *δούλειον ἡμῶν εἶδες*, *Eurip. Hec.* 56.

de Melanippo καὶ μιν ἰδρυσε. Eodem sensu *Homerus* *Il.* II, 549: οὐ ποτ' Ἀθήνη θρέψε — καὶ δ' ἐν Ἀθήνης εἶσεν ἐὼ ἐνὶ πίονι νηῶ. Athenienses quippe Erechthei statuam posuerant in templo Minervae. Cum nostro loco convenit *Callimacho* fr. 76, de Diana Colaenide: Τὴν ὠγαμέμνων, ὡς ὁ μῦθος, εἶσατο. Quo sensu ἦν εἶσατο legitur etiam *H. in Del.* 509.

750. (14) *Horat. Sat.* II, 5, 283. *Unum me surpite morti, Dis etenim facile est, orabat.*

751. (15) Rei publicae cum navi comparatione *Plato* utitur *Rep.* VI et *Cicero.* V. *Mitscherl. Horat.* T. I p. 151.

755. (675) cf. 705. Vulgata εὐδοῦσι non movenda, optime ea quadrans ad ἀντλεῖν δ' οὐκ ἐθέλουσι, quibus quae adjecta sunt nihil aliud expriment, quam instante quantumvis periculo. Contra ἐρδοῦσι, si modo unquam absolute ponitur; verbis ἀντλεῖν δ' οὐκ ἐ. non potest ea vi esse oppositum, ut significet male agunt, ἀρπάζουσι βίη. Utrumque autem in eisdem dictum homines, nec distinguendum est cum Camerario: καὶ γίνεται ἀργῶς καὶ ὀλιγώρως ἅπαντα, ἄλλων μὲν εὐδόντων, ἄλλων δὲ τὸν ἐντεχνότατον κυβερνήτην παρόντων τῆς ἀρχῆς (quod diu ante factum esse potest), ἀρπαγμοὶ δὲ ἀκόσμως γίνονται.

756. (676) ὄστις, *Iliad.* III, 279.

758. (678) ἴσως, ἐπ' ἴσον. *Schaeff. Theognideum* esse monet *ἴσως. Thierschius* in *Act. philol. Monac.* II, 269 δασμὸς δ' οὐκ ἴσως.

741 (681) Ταῦτα μοί φησιν ἐν αἰνίγμασι εἰρήσθω πρὸς τοὺς ἀγαθούς, κεκρυμμένως ἤγουν ἀσαφέστερον τῆ φράσει. *CAMER.* (in sequentibus falsus.) *Schaeff.* legere vult ἠνίχθω οὐ κεκρ. nec sine probabilitate quidem: attamen vulgata non male habere videtur, quum ἠνίχθω ταῦτα κεκρυμμένα idem esse possit ac ἠνίχθω τ. κρυφίως. *BOISSON.* Sensus perverterat comma a *Brunckio* post ἠνίχθω positum.

745. (549) *Aeschyl. Suppl.* 179 ὀρώ κόνην ἀναυδὸν ἄγγελον στρατοῦ. *Sept. c. Th.* 81 αἰθερία κόνης με πείθει φανεῖσ', Ἄγαυδος, σαφής, ἔτυμος ἄγγελος. De signis per faces datis cogitaverat *Camerarius.* Ceterum non proprie haec sumenda, ut ex 747 patet; instans quam maxime bellum pingitur.

747. (553) Quaedam exemplaria in praesenti διαπρήσσοσι. *VINET. Weberus* in *Philolog. Beitræg.* interpunctionem deleri jubet, ut διαπρήξουσι sit participium. Sed fateor, huic loco abruptum dicendi genus magis mihi videri conveniens.

749—54. (825—30) Nos convivium agitamus commissationesque, quamvis non diu est, quod bello eo sumus redacti, ut amissa pulcherrima terra (754) ex foro agri nostri, qualis nunc est, fines con-

spicī possint, illius vero agri, qui convivantes in ilapinis alere deberet, nisi ἤτε τρέφει cum affectione quadam erga terram natalem dictum est, ut in juramento ephēborum Atheniensium ὑπερμάχειν ἄχρη θανάτου τῆς θρησκευμένης. Quin lugetis potius, capite raso, ἀποσκυθίσαστε? Rasisse veteres in luctu comam, vel ex Homero et Euripide notum. *Lysias* in funebri oratione p. 116 R. διότι ἄξιον ἦν, ἐπὶ τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τὴν Ἑλλάδα καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους, ὡς συγκαταθραπτομένης τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας τῇ τούτων ἀρετῇ. Sed propius locus noster respicit morem antiquum, ut victi bello capillum tonderent, lege condita, ut ne quis civium denuo eum aleret, quam recuperata ea agri parte, quae in hostium manus devenisset, quod fecerunt Argivi Thyrea a Spartanis capta. *Herod.* I, 82. *Plat. Phaedone* p. 89 C (c. 41). Cf. *Tacit. Hist.* IV, 61 ibique Lips. Aliter *Camerarius* ad 753 (829) Τὰ λοιπὰ ἐπιτίμησις ἐστὶ τῶν ἀκαίρων ἡδονῶν ἐξήνεκται δὲ κατὰ παροιμιώδη ἀποστροφήν.

755. (773) Numi Megarensium habent Apollinis caput cum lyra, quos non erat quod coloniae Siciliensi attribueret *Clarkius Travels* II, 2, 768. Ad metropolin eos adduxit *Mionnetus*, et in Catalogo principali et in *Supplem.* T. III p. 586; *Dodwellus* etiam *A Tour trough Greece* II, 180. The brass coins of Megara are common, and the most usual types, which they exhibit, are the head of Apollo, the lyre, the ship and dolphins. The silver coins of this city are scarce. Three crescents are some times represented on them, allusive to the worship of Diana.

756. (774) De Alcathoo, Pelopis filio, ad citharae Apollineae cantum Megarensē arcem condente, v. *Pind. Isth.* VIII, 149. *Paus.* I, 41, 5. 42, 1. 43, 4. *Anthol. Planud.* ad calc. *Anthol. Pal.* T. II p. 710. cf. *Eurip. Heracl.* 279. *Ovid. Metam.* VIII, 14. In quo animadvertenda est similitudo cum Thebana illa de Amphione Lydia sive Pelopea et ipso cithara sonante. Vid. libellus meus, cui titulus *Ueber eine Kretische Kolonie in Theben* p. 88.

757. (775) Τέως ἦν τοῖσι Ἑλλήσι καὶ τοῦνομα τῶν Μήδων φόβος ἀκούσαι. *Herod.* VI, 112 Πηλίκος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο; *Xenophon.* ap. *Athen.* II p. 54 E. Noster 950 Πίνωμεν — μηδὲν τὸν Μήδων δευδιότες πόλεμον.

760. (778) Schaeff. conjicit καὶ τ' ἐρατῇ θαλίῃ. *Nuckio Choeril.* p. 254 non nimis dura pro Theognide visa est vulgaris.

767. (785) Recte hoc l. utitur *Corsinius F. A.* III, 110.

776. (1128) *Wussenberghius de nomin. hominum et locor. propriis oblit.* ac. viaticis p. 11, quia diversi casus γῆς et μυχοῦς ab

eodem verbo non possint pendere, ponit *μυχοῦ*. Tum, memor loci *Odyss.* XXIII, 41 *μυχὸν θαλάμων εὐπύκτων*, adjectivum mutat in *δαυδαλέου*; denique versus initium corrigit Ὅφρ' Ἰθάκης, ut in *Odyssae* libri 15. inscriptione: *Νῦν, Ἰθάκης ἐπέβη Φαιήκων πομπῇ Ὀδυσσεύς*. Censor a Bekkero laudatus vulgatam defendit. *Μυχοί* a multis manūque fortibus procis occupati adveniēti terrorem injicere poterant.

777. (541) *Pind. Ol.* II, 22. Ἄλλ', ὦ Κρόνε καὶ Γεας. *Xenoph.* *Cyrop.* V, 4, 14 — ἐπέυξατο ἄλλ' ὦ Ζεῦ.

783. (547) *Παροιμιωδῶς*, μόλις φησὶ τὸν χειμάρρον διενηξάμην ὡς περ κύων, πάντ' ἀποβαλὼν ἄπερ εἶχον. CAMER. In eo potius est simile, quod poeta suis omnibus adeo nudatus erat, ut cani, qui torrentem pernataverit, plus non inhaereat, quam ipse suorum retinuerit.

785. (549) *Servatum* volui ἐπάροισο.

796. (870) Mut. lectionem *χαμαιγενέων* non magis intelligo, quam veterem *παλαιγενέων*. Nam quod de *Celtis* narrat *Arrianus Anab.* I, 4, vereor, ut serio ab eis responsum sit. Tum hic de *Graecorum* antiquitate cogitandum, non de barbaris. Ceterum uti hic *δειμα*, ita *Xenophanes* ad 305 ad marginem exscriptus *μάχας Τιγῆνων, πλάσματα τῶν προτέρων*.

805. (1015) ὑπερβῆναι, absolute dictum.

807. (283) *πιστὸς ἐὼν* vulgo. Active ut *Soph. Oed. Col.* 1051. Cf. *Pors.* ad *Hec.* 1125. *Schaeff.* ad *Soph. T.* II p. 521. Vulgatam ἐθέλοι παρέχειν non damno. JACOBS.

811. (851) *Leg.* ὀλεσσα χρήματ'. JACOBS.

815. (1219) Haec sententia eo capiēda est, quod amici ab hostibus, quos amicos putant, non caveant, inimici autem aperti aperte sese muniant. Et scite enarrat hanc similitudinem a scopulis in aqua latentibus *Lucillius (Anthol. Pal. XI, 390)*. Deduxit ex alio loco *Theognidis* eundem sensum. c. BARTH. *Advers.* IX, 16.

816. (1220) *Facis, quod est facillimum, amico injuriam.* *Plautus.*

817. (619) Hoc distichon in *Mss. Pal.* habetur infra post 1000, et pentameter ad hanc faciem: ἀρχὴν γὰρ πενήης. SEB.

819. (621) *Etym. M.* πᾶς δ' ὄλβιον ἄνδρα.

821. (649) *Stob.* ἃ δειλή. *Simonid.* ep. 101. Αἰ αἰ νοῦσε βαρεῖα, τί δὴ ψυχαῖσι μεγαίρεις cet.

823. (651) *Stob.* κακὰ πολλὰ διδάσκεις, et v. sequ. μετ' ἀνθρώπων.

829. (557) Ὡς περ δὲ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὠφελεῖν τοὺς φίλους, οὕτω καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι πρὸς ἀγαθῶν ἀνδρῶν εἶναι νερόμισται. CAMBR. Fort. *θειή*, pro *δοιή*, ut sit καὶ *θειή μ' ἐχθρῶν μει-*

ζον δυνησόμενον. JACOBS. *Μεῖζον δύνασθαι*, Aristophanes, *μεῖζον ἰσχύειν*, Demosthenes. Schaeef. proposuit *δυνησομένω*, *δοίη* τίσιν simul ad hostes etiam relato. *Guilm. ab Humboldt* in *Schlegelii* nostri *Bibliothecae Indicae* Vol. altero, ubi philosopha ratione et summo, quo pollet, acumine gerundii naturam explicat, p. 91: *Wenn die Lesart richtig ist, so kann man δυνησόμενον nur als den in das Neutrum part. fut. umgestellten Infinitiv ansehen. Stellen dieser Art sind aber, wenn es noch andere ganz gleiche giebt, zu selten, als dass man in ihnen den Ursprung der lateinischen Form suchen könnte, die vielmehr den Sanskritischen nahe verwandt ist.* Equidem olim conjeci τῶν τ' ἐχθρῶν, *μεῖζον*, id quod majus etiam et optabilius est (ut Cicero *μεῖζον* vertit non solum *praestantius*, sed etiam *optabilius*, v. *H. Steph. Thes.* II, 857), *ὀδυνησαμένων*, ut hoc participium respondeat verbis *οἷ με φιλεῦσιν*. Forma media satis congrua. Sic ap. *Hesiod. Theog.* 97. *φιλεῦνται* pro *φιλοῦσι*. Sed oratio haud minus quam ex Schaeferi ratione impedita est. Boissonadius posuit τῶν τ' ἐχθρῶν, *μεῖζον*, *Κύρνε*, *δυνησομένων*. Sed languet futurum.

855. (417) *Μόλιβδος* hic pro auro adulterino, *μόλιβδον* habente, ut ap. *Aristoph. Nub.* 906. Aurum juxta aurum ad lapidem Lydium fricatur, *παρατριβεται* alii metallo ἐν *βασάνω*. Ita ante metallurgum Parisinum ap. Schaeef. *Schneiderus* in *Lex.* v. *παρατριβω* interpretatus erat, Simonidis etiam loco usus *παρὰ χρυσὸν ἐφθόν*, *ἀκήρατον οὐδὲ μόλιβδον ἔχων*. Comparatio multis frequentata. *Pind. P. X.* 105 *πειρῶντι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν βασάνω πρόπει καὶ νόος ὀρθός.* *Bechyl.* fr. 20 *Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν, ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφία τε παγκρατῆς τ' ἐλέγχει ἀλάθεια.* Incertus ap. *Stob. S.* 28. n. 18. p. 197. *Χρυσὸν μὲν ἄνθρωποι βαναύσῳ τέχνῃ προςθάλλαντες ἐγνώσαν τὸ κρήνρον· ἄνδρα δὲ οὐκ ἔστι δεξιὸν γνώμη σταθμησάμενον ἀθρηῆσαι.*

856. (418) *λόγος ὑπερτερῆς*, per periphrasin, pro ἡ *ὑπερτερῆ*, *ἡμῖν ἔνεστι*, nemo nos aequat. Male Camer. *νοῦς ὑπέτερος ἤγουν βελτίων*, quasi esset *ὑπερτερῆ* λόγου.

857. (1087) *Dioscuros* testatur de amicitia loquens, cujus illi vindices sunt ob fraternum, quo insignes sunt, amorem. *Plutarch.* de *frat. am.* 1, cf. 11. Compellabatur is fere deus, ad cujus fabulam sive naturam imperiumque pertineret res quaeque enuntiata. Cf. ad *Philostr. Imag.* p. 10, 24.

843. (535) *Stob. ἰθρῆα*. De animo loquitur poeta, non de corpore, quod visum est Camerario, qui hunc locum etiam admovit *Aristotelis polit.* I, 2, 14. Neander *Senecam de benef.* III, 20 et *Gellium* II, 18 de servis altiore animi indole praeditis memorat.

849. (449) De ἀπίφθω χρυσῶ cf. Interpretes ad *Aristaen.* I, 4.

BOISSON.

855. (369) *Diogenianus* in *Adagiis*: μωμήσεται τις ῥάδιον ἢ μωμήσεται. Quae verba Apollodori pictoris operibus fuerunt inscripta. Idem verbi utriusque lus in versu comico apud *Varronem de Encomiis*. BOISSON.

858. (288) Fort. σωσαί τοι πολλόν, JACOBS. Versus manifesta corruptione laborat, cui frustra remedium quaero. Mutinensis habet ὠσδεροσωσαιεῖ, in quibus αἰεῖ verum esse videtur. Forsan ἐς δὲ τὸ σῶσ' αἰεῖ πολλὸν ἀνολβ. Sed facilius etiam est emendationem tentare, quam versionem. BOISSON. Non prorsus displicet Camerarii explicatio, qua clanculum utitur Sylb. et dandum est, vocem ἀνολβος, aequae ac δύστηνος, μέλεος, σχέτλιος, stultitiae, tarditatis, imperitiae significationem habere posse. Cf. *Doederl. Spec. Sophocl.* p. 67. Non placere autem et servare parum apte opponuntur, in quam tamen sententiam Weberus ex sententia Passovii vulgatam vertit: *Und sich zu bergen ist schon viel zu versunken das Volk*; neque in optimatibus et plebe antithesis est; dicendum enim saltem fuisset οὐδείς pro οὐδέν. Non magis accurate locum nostrum examinarunt, qui eum retulerunt ad Euripideum illud τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν. Me quidem nondum poenitet sententiae ex Cod. Mut. lectione olim procusae ὥστε οἱ σῶες αἰεῖ, qui semper illaesi ac integri fuerunt. Nomin. plur. σῶες invenitur in Cod. Arriani, v. *Matth. Gramm. Gr.* p. 151, et utraque forma valet in δμωοί et δμῶες. *Eustath.* ad *Iliad* I p. 114. Πολλὰ τῶν εἰς ὅς ληγουσῶν γενικῶν ἀναδρομὴν πάσχομεν εἰς εὐθείαν οἶον Τρώς Τρωός, ὁ Τρωός ἤγον Τρωϊκός — δμῶς, δμῶς δοῦλος, ἀφ' οὗ καὶ δμωαὶ αἱ δονλίδες. Ita λαγῶς et λαγωός. *Sturz. Dial. Alexandr.* p. 177. Sententia autem ipsa adest etiam 211 seq. Ex Hermannii emendatione ὡς δὲ τις (ἀνδάνει), ὡς αἰεῖ πολλὸν ἀνολβότερος, ut quisque placet, ita stolidior multo audit ceteris civibus, sententia ab huiusmodi poeseos simplicitate nimis abest et aenigma sapit. Quid enim, ut sensus plenus et sanus existat, supplebimus? hodie et mox, uni civium factioni et apud alteram, in hac re et in illa?

859—64. (19—24) Hos versus in fine Eclogarum positos fuisse suspiceris. JACOBS. Ita et mihi semper visum est.

860. (20) Aug. ἔπεσι λλήσει (pro ἔπεσιν).

861. (21) Aug. τοῦ ἀθλοῦ i. e. τοῦ ἐσθλοῦ. Liber a Dorvillio coll. ἐκλέξει.

862. (22) πᾶς τις Boisson. ad *Eunap.* p. 12 s. *Bast.* ad *Gregor.* p. 8. Formam Θεύγενις habet *Theocr.* XXVIII, 13, nec est, quod Ionismus rejiciatur, ut Brunckio placuit ad *Apollon.* IV, 1192. Θεόγγιθος quidem post Aldum habent Junt. et Turn. in calce.

Ὁ νοῦς: τὰ μὲν ἔπη ταῦτα τῇ ἐμῇ σοφίᾳ ὡς περ σφραγίδι κατασημανθέντα εὐγνωστά τε καὶ διάδηλα ἔσται πᾶσι. καλῶν δὲ καὶ ἀγαθῶν ἐν τοῖς πρώτοις ὑπαρχόντων, οὐδεὶς, ὡς οἶμαι, προτιμήσει τούτων ἄλλα κακίω τινά. CAMER. quem expresserunt Kallius et Koeppen *Lyrische Blumenlese* p. 68. Sed longe aliud dicit poeta. Nomen meum, inquit, appono, quo tanquam sigillo hisce versibus sententiarum mearum (σοφισομένῳ ἐμοί) impresso, vindicentur illae ab imitatoribus aliena usurpantibus. Quos eo magis sua attrectare, iisque retractandis et denuo in elegos fundendis auctoritatem conditori debitam suo ipsorum nomini arrogare vetat, quo minus sperandum sit, emendatiora ea ab istis exhibitum iri. Tropus desumptus a ταμειοῖς. *Xen. de Rep. Laced.* c. VI, 4. Cf. *Arist. Pol.* II, 2, 5. Schneid. *Plut. Lac. Inst.* p. 252 Hutt. — *Plato Epist.* VII p. 341 D. Καὶ τοι τόσονδὲ γε οἶδα, ὅτι γραφέντα ἢ λεχθέντα ὑπ' ἐμοῦ βέλτιστ' ἂν λεχθεῖη· καὶ μὴν ὅτι γεγραμμένα κακῶς οὐχ' ἤκιστ' ἂν ἐμὲ λυποῖ. Quod si igitur Phocylides et Hipparchus singulis gnomis suis nomen in fronte appingebant, καὶ τότε Φωκυλίδεω, Μνήμα τόδ' Ἰππάρχου, Noster in fine libelli auctorem se profitetur. Quod secutus exemplum Eratosthenes carmen de cubi duplicatione hoc disticho finit:

Καὶ τὰ μὲν ὡς τελείωτο, λέγοι δὲ τις ἄνθεμα λεύσσω
τοῦ Κυρηναίου τοῦτ' Ἐρατοσθένεος.

Ita et medii aevi poetarum plurimi quidem nomen suum in operis introitu intexere versibus soliti sunt, quidam tamen in fine apposuerunt. Ceterum Valckenaerius ad *Theocr.* I, 65 cum his Theognidis verbis, tanquam libri initio, comparavit Pythagoricum ἱερὸν λόγον his verbis exorsum: Ὅδε περὶ θεῶν Πυθαγόρα τοῦ Μνασάρχου, et Hecataeum in fronte operis scribentem Ἐκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται (*Demetr.* 2).

863. (23) Lectio Codd. duorum ὀνομαστός suspicionem movit Bekkerō, versum 864 pertinere ad proximum distichon, quod equidem ab hoc loco omnino ablegandum duxi, vulgatam ὀνομαστοῦ sanissimam ratus.

864. (24) *Eurip. Her. fur.* 185. Οὐ γὰρ ἔσθ' ὄπον Ἐσθλόν τι δράσας μάρτυρ' ἂν λάβοις πάτραν. Cf. *Eurpol.* ap. *Stob.* 4. p. 53. SEBER. Μεγαρεῖς δὲ φεύγε πάντας· εἰσὶ γὰρ πικροί. *Anthol. Palat.* p. 568. τὸ σκῶμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν [εὖ] σφόδρα *Eurpolis* ap. *Schol. Aristoph. Vesp.* 57. De risu Megarico v. quos citat Müllerus in *Doribus* II, 349.

865. (237) *Tibull.* I, 4, 65:

Quem referent Musae, vivet dum robora tellus,
Dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas.

869. (241) Aug. *λυγυρογογοι*.
 870. (242) Blackwallus male corrigiit ἐν κώμῳ.
 871. (243) Turneb. in calce κεύμασι. Aug. κεύθμασι.
 877. (249) Aug. γ^s pro σε.
 878. (250) ἰοστέφανος proprium Veneris epitheton. Cf. 1546.
Ruhnk. Epist. crit. I ad Hymn. in Ven. 177.
 880. (252) ὁμῶς, una cum, v. Schaeef.

GNOMAE AD POLYPAEDAM.

881. (25) Eadem sententia 215—18; diversa autem, quam Valckenarius ex Theognide fluxisse putabat, *Theocr. IV, 45*.
 882. (26) Vocalem in Dativo Plurali non elidunt Scenici poetae. Alii tamen poetae saepe elidunt, ut Theognis versu noto οὐδ' ὕων πάντεσσ' ἀνδάνει. Ita enim legendum. FORSON. a Schaefero citatus, qui addit *Friedem. de med. syll. pentam. p. 288. 355*. Cf. *Schaeef. ad L. Bos p. 168. Cod. Aug. πάντεσσ'*. Ald. *Sylb. Ed. Londin. a. 1741* aliaque πάντας. Ita ἀρέσκειν τινά, *Eurip. Hippol. 106. 184*. Cf. *Pierson. ad Moer. p. 175*. Sed v. *Elmsl. ad Eurip. Med. 12*.
 883—86. (57—60). Eadem fere leguntur ad Cynnum 13—18.
 885. Pro καί Schaeef. vellet οἷ, atque ita intellexit, qui suturam fecit; nunc vero iidem (19—22) nobiles sunt; non, nunc etiam dantur nobiles.
 887. ss. (61) Idem consilium datur Cynno 555.
 887. (61) Vulgo ποιεῦ, *Πολυπαίδη, ἀστῶν* (ita etiam *Cod. Aug.*), ut 895 (et 897), qui ejusdem plane moduli sunt. Quare nihil mutandum, cf. *Herm. ad Orph. p. 729*, qui quam saepe *Πολυπαίδη* hiatus faciat, attendisse non videtur. JACOBS. Cf. idem ad *Anthol. Pal. T. III p. XXIV*. Mirum est Polyopaedae nomen toties ac semper in hiatus positum. Elmslejus nomen hoc pentasyllabon esse putavit, persuasitque Gaisfordo in *Corrigendis*, editori *Poetarum min. Lipsiensi et Boissonadio*.
 891. (65) οἰζυρός, detestabilis, ut *δύστηνος*, v. p. 7 not.
 892. (66) Ald. *Junt. Pal. 1* recentiores edd. ἔτ', cum Ms. quem contulit Dorvillius GAISFORD. *ἔργοισιν* JAC. οὐδεμία Aug.
 895. (191) cf. 1—8 ad Cynnum.
 897 s. (541) cf. 721 s.
 898. (542) ὄλεσεν videtur genuina scriptura. Compares *Eurip. fragm. Inus*, ubi eadem ellipsi; *Μηδ' ὡς κακὸς ναύκληρος, εὖ πράξας*

ποτέ, Ζητῶν τὰ πλείον' εἶτα πάντ' ἀπώλεσεν. v. *Pors.* ad *Eurip. Or.* 1035. SCHAEF.

899 s. (79) eadem sententia 387 s.

900. (80) Themist. γινόμενος.

905—6. (85—86) Separandum hoc tetrastichon existimavi ab antecedente, quia hoc, nunc fere omnes, exuto pudore, lucro ad turpissima quaeque duci queritur, illud hominum genus exhibet amicis in adversa fortuna male fidum. Quae qua ratione consociata esse possint, in Prolegomenis conjectavi. Tunc intrusa fuerit in fronte post τοὺς adversativa, quam Mut. et Vat. libri auctoritate ejeci; omittunt eam iidem etiam 529 et 567. Aptissimus his versibus locus foret post 27—32. Aug. omittit dist. 901 s. et 905 s. et 904 habet ἄγει.

904. (85) οὓς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι. ὁ γοῦς· ὀλίγοι μὲν εἶσιν οἱ πιπτοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς — ἅπαντες ἂν οὗτοι ἐνὸς πλοίου φόρτος γένοιτο. CAMER. τοὺς οὓς μὴ dictum est pro τόσους, ὅσους sive ὥστε μὴ. In hanc rationem verissime Jacobsius meus vertit *Wahrlich ein einziges Schiff wäre für alle genug.* Cic. ad Div. XII, 25. *Una navis est jam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus.* De multitudine contra falso illud intelligit D. Erasmus Adag. v. *Non una vehit navis*, in quo fortasse secutus est Sebastianum Brant, de quo dixi in Prolegomenis. Proverbio in contrariam hanc Theognidi potestatem accepto auctoritas ex Homero petenda erat *Iliad.* XX, 246.

Ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνειδεα μνησασθαι

πολλὰ μάλ', οὐδ' ἂν νηὺς ἐκατόσυγος ἄχθος ἄροιτο.

907 s. (129) cf. 131 s.

911. s. (1197) cf. 781 ss.

915. (1199) κραδίην μέλαιναν, moestam, dolore affectam, ut *Iliad.* I, 103. *Odyss.* IV, 661 ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμελαιναι Πίμπλαντο. II. XVII, 83 ἄχος πύκασε φρένας ἀμφιμελαίνας. cf. XVIII, 22. *Aesch. Agam.* 547. ὡς πόλλ' ἀμανρᾶς ἐκ φρενὸς μ' ἀναστέγειν. Paulo aliter *Iliad.* XVII, 599 ἀλκῆς καὶ σθένος πλήτο φρένας ἀμφιμελαίνας; de terrore, *Aeschyl. Suppl.* 782 μελανόχρως δὲ πάλλεταιί μου καρδία, ubi Stanlejus affert *Quint. Sm.* VI, 461 μέλαν δὲ οἱ ἔξεεν αἷμα Λάβρον ὑπὸ κραδίῃ et *Aesch. Choeph.* 411 σπλάγγνα δὲ μου κελαινόνται; de ferreis praecordiis *Pind. Scol.* in Theox. ὅς μὴ πρόθω κυμαίνεται ἐξ ἀδάμαντος ἢ ἐξ σιδήρου κεχάλκεται μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾶ φλογί; de improbitate *Solon.* fr. 26 ed. Bachii γλώσσα δὲ οἱ διχόμυθος ἐκ μελανῆς φρενὸς γεγωνῆ. Cf. *Menag.* ad *Diogen.* L. I, 61.

916. (1202) Διὰ τὴν ἐπιπόθητον καὶ ἐγγυθρεῖσαν ταῖς ἐλπίσι πραγματείαν, ἣ οὐκ οἶδ' ὅ τι γε καὶ ἄλλο, τῆς γραφῆς ὑπόπτου οὐσῆς. CAMER. Ob infelicem istam peregrinationem, quia poeta absente bona ejus directa fuerant. Pro ἄλλης μνηστῆς de conjectura posui αἰειμνήστῆς, semper memorabilis, non obliviscendae, κατὰ μείωσιν, tristissimae. Formam αἰειμνηστος praebent Aeschylus Pers. 759 (cf. Lang. et Pinzger. ad 148; ut αἰεῖζων leg. Suppl. 988, αἰειγενέτης ap. Hom.) et decretum Ionicum congregationis scenicae lin. 57 ap. Osann. Inscr. p. 255 cf. 242, tum epigrammata Append. Jacobs. n. 244, 6. 290, 10. Vulgarem αἰειμνηστος habent inscriptiones plures, Soph. Aj. 1166, Anthol. Pal. V, 202. Boissonadius facile conjectu esse ait ἄλλοις; sed interpretationem, ut in fragmento lacero, non facilem. Idem conjectit Orellius, et explicavit, quae aliis exoptata accidit, quod jejanius. Alius vir doctus ἄλλης pleonasmum esse putabat, qualis ap. Plutarchum in Bruto (πρὸ τῆς ἄλλης μεγάλης) nuper defensus fuerit, coll. Act. Monac. II, 60, add. Creuzer. Melet. I, 87. Sed ἄλλης hic omnino cassum foret, de quo v. Hermann. ad Elmslej. Meduae edit. v. 291.

CARMINA CONVIVALIA.

917. (997) Athenaeus cum in edd. tum in vetere Cod. A. τῆμος. Schweighaeuserus monet, aliis etiam nonnullis absolutis vocibus interdum pro relativis uti Iones; et falsus est qui in Ephemerid. Lips. 1819 p. 1980 τῆμος proprie, non pro ἡμος, sumendum statuit.

919. (999) Ὅσου pro ὄσου jure optimo ex Athenaeo recepi, ubi in editis ληγομένους, ὄν, in Ms. A. λήγοι μένου οὐ, in Cod. Venet. μένος ὑ τῖνα ἀνώγοι.

Ibid. Verbum λήγοιμεν, quod haud fere minus perspicue Athenaei libri dant, quam vulgatae Theognidis editiones, quam notione, quave sententia hic locum tueri suum possit, non minus (magis) mihi quam Brunckio exputare licuit. SCHWEIGH. Quare λήγοιμεν aut λάχοιμεν conjicit, cum Camer. voluisset θίγοιμεν, Brunckius emendasset μνησαίμεθα. Jacobsius Anim. in Athen. p. 178 κηδοίμεθ'. Propositum etiam vidi δειπνον δῆτ' ἀλέγοιμεν. Sed λήγοιμεν quo minus violenter extirpemus, ipsa repugnantiam tollendi facilitas, quae veteres Grammaticos fugere non potuissent, videtur clamare. Censor Lips. λήγοιμεν ist mit χαρίζομενοι zu verbinden (pro χαρισάμενοι igitur); denn das Folgende zeigt deutlich, dass der Sinn sey: dann wollen wir aufhören zu essen und uns an das Trinken machen. Recte quidem hoc; in Xenophontis Symposio mensis repositis Syra-

eusanus quidam cum tibicine et saltatrice introit. Plutarch. Sympos. II, 2, 1 ὡς οὖν ἀφῆρέθησαν αἱ τράπεζαι κ. τ. λ. Virg. Aen. I, 755.

Postquam prima quies epulis mensaeque remotae

Crateras magnos statuunt et vina coronant cet.

Conf. Hesiod. fragm. p. 55 allatum. Nec tamem sic locus expeditus est. Non credo enim moris fuisse Graeci statim post δείπνον potare; quod Alcaeus canit πίνωμεν· τί τὰ λύχν' ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα, ad coenam spectat. Multo magis mirum, quod initium carminis ita est comparatum, ut in dies singulos valere videatur, quod per se ita quidem absonum est, ut serio poetam loqui vix credibile sit. Denique quod Brunckius recte monet, meridiem horam incipiendi, non finiendi prandium fuisse, id tale est, ut novam interpretandi viam ingrediendam duxerim, quod in Prolegomenis de parodia agens indicavi. Nimirum Theognis victus rationem designasse videtur et vetus institutum commendasse, quod ad Palamedem Aeschylus auctorem refert (in Palam.):

Σίτον δ' εἰδέναι διώρισα

ἄριστα, δείπνα, δόρυπα θ' αἰρεῖσθαι τρίτα.

Scripterat igitur δείπνον δὴ μνησάμεθα, quibus ὅσον τινὰ θυμὸς ἀνώγοι et χαριζόμενοι conveniunt, ad λήγοιμεν minus apta; et in sequentibus, prandio finito laborem denuo capessendum vel aliud quidquid agendum monuerat. Quod praeceptum cum Bioni aut ejusdem farinae homini valde jejunum visum esset, in contrarium convertit, μνησάμεθα mutato in λήγοιμεν, et adjuncto in hanc sententiam disticho ex carmine convivali.

921. (1001) Ald. et Vineti Codd. corruptissime χερνίβα δ' αἶψα θύραζε φέριστε. Φανώμεθα δὴ σοι. Vinetus emendat ex Athenaeo. Corollas, quas Brunckius ad prandium trahebat, quo emendationem μνησάμεθα fulciret, ad commissationem pertinere ex ipso, quod opponitur, χερνίβα θύραζε φέρι, patet.

922. (1002) Λάκαινα κόρη. Müllerus Dorum II, 265 ad h. l. affert Polyb. XII, 5, 7, Dores Siciliae pueri loco puellam φιαληφόρον adhibuisse narrantem. Et adhibent etiam dii in Iliade (IV, 1). Per vulgatum est Apollinis oraculum ap. Steph. B. Schol. Theocr. XIV, 48 et in Anthol. Pal. XIV, 75; cf. Meurs. Misc. Lac. II, 3, p. 106.

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,

ἵπποι Θεσσαλικάι Λακεδαιμονίαι τε γυναῖκες.

Σπάρτην καλλιγύναικα praedicat etiam Odyss. XIII, 412. Heraclides Lembus ap. Athen. XIII p. 566 A. ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, καὶ γυνή ἢ καλλίστη, καλλίστας γεννώσης τῆς

- Σπάρτης τὰς γυναίκας. Cf. *Aristoph. Lys.* 79—84. *London* 5m
 Sparta ad sera usque tempora obtinuit. *Musaeus de H. et L.*
 Καὶ Σπάρτης ἐπέβην, Λακεδαιμόνος ἔδρακον ἄστν, Ἥξει μὲν κα
 ἄεθλον ἀκούομεν ἀγλαϊάων. *Claud. B. Goth.* 629. *Scilicet* *Argē-*
cas Ephyreidasque puellas Coeperat et pulchras jam fastidire La-
caenas. Id. in *Eutrop.* II, 201 *famulae Lacaenae.* Nota vero est
 etiam Spartanarum mulierum licentia (ἄνεσις) ex *Platone Leg.* I
 p. 637 B. et *Aristot. Polit.* II, 6 (7), 5, 8. ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς
 ἀπάσαν ἀκολασίαν καὶ τρυφῶσι.
925. (945) Ἄλλο συμποτικὸν ἀστειῖσμα. Ita recte *Camer.* hoc
 dist. a 1025—26 (959—42) disjungit. *Incertus Anthol. Pal.* p. 101
 n. 99 ὃ κιθαρωδέ, παραστὰς ὡς κιθαρίζεις.
926. (2) ἀρχόμενος. Cf. *Friedem. de med. syll. pentam.* Gr. p.
 288. ἀναπανόμενος. Al. ἀποπανόμενος, quod praefero. *SCHAEF.*
 ἀποπ. etiam *Aug.*
928. (4) Ἀείσω. *Infra* ἀείσομαι et ἄσσονται, quae forma multo
 magis frequentatur. Cf. *Dawes. Misc. Crit.* p. III et 285. *Οἴκου.*
 — δ' ἐμεῦ. Immo δέ μεν. *Brunckius* videtur prorsus ignorasse,
 quae loca poscant plenas formas pronominum, quae encliticas. *SCHAEF.*
Cod. Ang. δέ μεο. Idem 778 (342) δέ μοι. 571 (1129) δέ με. 99 (415)
 οὐδ' ἐμέ pro οὐδέ με.
 930. (6) Ἔθος ἐστὶ ταῖς κνούσαις τῶν παρακειμένων λαμβάνεσθαι
 καὶ ἀποκουφίζειν ἑαυτὰς τῶν ἀλγηδόνων. *Schol. Apollon.* I, 1151. V.
Kretische Kolonie in Theben p. 12. De palma Deliaca sacra v. *Cal-*
lim. in *Del.* 210. *Cic. Leg.* I, 1. *Ovid. Met.* VI, 556. *Strab.* XIV,
 p. 440. *Palmae*, ad certamina spectanti, quam „solam veterem agno-
 scere traditionem“ monuit *Zoega de Obel.* p. 255, addita est oliva
 (Munck. ad *Hyg. fab.* 140. p. 248), sub Atheniensium fortasse im-
 perio, qui iidem, Lemnum dum ditone tenebant, in locum agni casti
 in Cabirorum mysteriis sacrati Atticam olivam in poesi substituerunt.
 V. *Trilogie Prometheus* p. 50.
931. (7) *Aug.* τροχοειδέα λίμνην. Illud epitheton urbi tribuit
 auctor ep. in *Anthol. Pal.* XIV, 92 n. 2. *JACOBS.* De lacu Deliaco
Seidl. ad *Eur. Iph. T.* 1074 add. *Cic. Verr.* II, 2, 17, et de perie-
 getarum recentiorum circa illius situm opinionibus *Kall.* p. 8.
935. (9) *Brunck.* ad *Apollon.* IV, 1171 confert. *Hymn.* in *Cer.* 15.
 Κηῶδει δ' ὀδυμῆ πάς' ἔ' οὐραγός εὐρύς ὑπερθεῖν
 γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε καὶ ἄλμυρόν οἶδμα θαλάσσης.
Ambrosii odores apud Nostrum propius pertinent ad orientem solem,
 quia mane suavis odoribus omnia fragrant.

935. (15) *Plat. Lys.* p. 216 C. *Καὶ κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν*
ἀροισίαν τὸ καλὸν φίλον εἶναι. Eurip. Bacch. 879. *Ὅ, τι καλὸν*
ἴλον αἰεὶ. Atque hoc dicto, tam siquide illo Graecorum animorum
idolem declarante, vates vetere in epithalamio Cadmi a Musis decan-
ato usos esse, ex hoc loco intelligimus. Alios ad id respicientes
itat Heyn. ad Apollod. p. 226. *Τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστίν,*
ἔχρημιτ Eurip. Phoeniss. 821 *οὐ γὰρ ὁ μὴ καλόν, οὐ ποτ' ἔφν καλόν.*
Quam diversum Anglorum handsome is that handsome does!

939. (255) *Stob. ῥᾶστον θ' ὑγαίνειν, aut δ'.*

940. (256) *Cod. Pal.* 129 *οὐ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν, Aug. ἐρᾶτο. Aristot.*
Eth. Nic. I, 9. ἡδιστον δὲ πέφυχ' οὐ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν. De Aristote-
lica hujus sententiae explicatione v. Camer. De votis bonorum apud
Plat. Legg. I. II et in Gorgia aliosque v. Neand.

941. (885) cf. 991. 1019. *De commissatione v. ad Philostr. Imag.*
I, 2. ed. Jacobs.

947. (761) *φόρμιγγ' αὐ' φθέγγουθε. De eliso τ in Dat. Sing. v.*
ad 882. Boeckh. Not. crit. ad Pind. Ol. VIII, 48. XII, 2. Jacobs. Not.
ad Anthol. Pal. p. 64. Pinzg. et Lang. ad Aeschyl. Pers. 805.
Add. Thiersch. Griech. Gramm. p. 208 de Homero. Simonid. Anthol.
VII, 77 *ζώντ' ἀπέδωκε χάριν. Philisci ep. in Lysiam τῷ λαβόνθ' ἕτερον.*

950. (764) *Vix haec ab eo profecta, qui pepigit 755 ss. sed ob*
Medos memoratos ei attributa esse videntur. Scripta autem esse pos-
sunt et diu post Persarum invasionem.

951—54. (765—68) *His versibus alius quis τῶν ἀμφιπερικτιόνων*
(978) *excepisse videtur eum, qui priores quatuor occinisset. 954. Sub-*
audi εὐχόμεθα. Lamb. B. Ell. p. 620 Schaeef.

955. (567) *παίζω, hic ad myrtum cano, cui oppositum est ὥστε*
λίθος ἀφθογγος. Pind. Ol. I, 21. Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικᾶς ἐν
ἁώτῳ, οἷα παίζομεν φίλον ἄνδρες ἀμφὶ θάμα τράπεζαν. cf. Ion ad
marg. exscriptus. Inscriptio Atheniensis ap. Jacobs. Append. p. 855
n. 303. *Πολλὰ μεθ' ἡλικίας ὁμοήλικος ἠδέα παῖδας.*

961. (985) *Odyss. VII, 56 ὡσεὶ πτερόν ἠδὲ νόημα. Thales ap.*
Diog. L. I, 35 τάχιστον νοῦς· διὰ παντός γὰρ τρέχει.

966. (790) *Ald. et Vat. ἀρετῆς σοφίης. Vinetus, quia ob omissam*
particulam ἀρετῆς non intelligeret, de conjectura posuit ἐρατῆς.

969. (551) *ΐαίνεται. Sic Veneti etiam quaedam exemplaria et Cod.*
Harlej. *(ἔνεται.) — Ἄρης — ἰαίνει καρδίαν κώματι, Pind. Pyth. I, 20.*

971. (535) *Αἶδων ὑπ' ἀνλητήρος. Archil. fr. 106. cf. supra 749*
et mox 991. Alcm. fr. 75 ἀμῖν δ' ὑπανλήσει μέλος. Cf. Fisch. ad
Anacr. Od. 6. not. 4.

Σπάρτης τὰς γυναίκας. Cf. *Aristoph. Lys.* 79—84. *Laudem illam Sparta ad sera usque tempora obtinuit. Musaeus de H. et L.* 74. *Καὶ Σπάρτης ἐπέβην, Λακεδαιμόνος ἔδρακον ἄστυ, Ἴχι μόνον καὶ ἄεθλον ἀκούομεν ἀγλαϊάων.* *Claud. B. Goth.* 629. *Scilicet Argolicas Ephyreidasque puellas Coeperat et pulchras jam fastidire Lacaenas.* Id. in *Eutrop.* II, 201 *famulae Lacaenae.* Nota vero est etiam Spartanarum mulierum licentia (ἀνεσίς) ex *Platone Leg.* I p. 637 B. et *Aristot. Polit.* II, 6 (7), 5, 8. ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἄπασαν ἀκολασίαν καὶ τρυφῶσι.

923. (945) Ἄλλο συμποτικὸν ἀστειῖσμα. Ita recte *Camer.* hoc dist. a 1023—26 (959—42) disjungit. *Incertus Anthol. Pal.* p. 101 n. 99 ὦ κιθαρωδέ, παραστὰς ὡς κιθαρίζεις.

926. (2) ἀρχόμενος. Cf. *Friedem. de med. syll. pentam.* Gr. p. 288. ἀναπαυόμενος. Al. ἀποπαυόμενος, quod praefero. *SCHAEF.* ἀποπ. etiam *Aug.*

928. (4) Ἀείσω. Infra ἀείσομαι et ἄσονται, quae forma multo magis frequentatur. Cf. *Dawes. Misc. Crit.* p. III et 285. Oxon. — δ' ἐμεῦ. Immo δέ μεν. *Brunckius* videtur prorsus ignorasse, quae loca poscant plenas formas pronominum, quae encliticas. *SCHAEF. Cod. Aug.* δέ μεο. Idem 778 (342) δέ μοι. 571 (1129) δέ με. 99 (415) σὺ δέ μοι. 100. ποτέ μου. *Friedem.* I, I. p. 359 οὐδ' ἐμέ pro οὐδέ με.

930. (6) Ἐθός ἐστὶ ταῖς κνούσαις τῶν παρακειμένων λαμβάνεσθαι καὶ ἀποκουφίζειν ἑαυτὰς τῶν ἀλγηδόνων. *Schol. Apollon.* I, 1151. V. *Kretische Kolonie in Theben* p. 12. De palma Deliaca sacra v. *Callim.* in *Del.* 210. *Cic. Leg.* I, 1. *Ovid. Met.* VI, 336. *Strab.* XIV, p. 440. Palmae, ad certamina spectanti, quam „solam veterem agnoscere traditionem“ monuit *Zoega de Obel.* p. 255, addita est oliva (*Munch.* ad *Hyg. fab.* 140. p. 248), sub Atheniensium fortasse imperio, qui iidem, Lemnum dum ditone tenebant, in locum agni casti in Cabirorum mysteriis sacrati Atticam olivam in poesi substituerunt. V. *Trilogie Prometheus* p. 50.

931. (7) *Aug.* τροχοειδέα λίμνη. Illud epitheton urbi tribuit auctor ep. in *Anthol. Pal.* XIV, 92 n. 2. *JACOBS.* De lacu Deliaeo *Seidl.* ad *Eur. Iph. T.* 1074 add. *Cic. Verr.* II, 2, 17, et de periegetarum recentiorum circa illius situm opinionibus *Hall.* p. 8.

935. (9) *Brunck.* ad *Apollon.* IV, 1171 confert. *Hymn.* in *Cer.* 13.

Κηῶδει δ' ὀδυῆ πᾶς τ' οὐρανὸς εὐρύς ὑπερθεν

γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε καὶ ἄλμυρόν οἶμα θαλάσσης.

Ambrosii odores apud Nostrum propius pertinent ad orientem solem, quia mane suavibus odoribus omnia fragrant.

935. (15) *Plat. Lys.* p. 216 C. *Καὶ κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν τὸ καλὸν φίλον εἶναι.* *Eurip. Bacch.* 879. Ὁ, τι καλὸν φίλον αἰεὶ. Atque hoc dicto, tam siquide illo Graecorum animorum indolem declarante, vates veteri in epithalamio Cadmi a Musis decantato usos esse, ex hoc loco intelligimus. Alios ad id respicientes citat *Heyn.* ad *Apollod.* p. 226. Τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστίν, exprimit *Eurip. Phoeniss.* 821 οὐ γὰρ ὁ μὴ καλόν, οὐ ποτ' ἔφην καλόν. Quam diversum Anglorum *handsome is that handsome does!*

939. (255) *Stob.* ῥᾶστον θ' ὑγαίνειν, αὐτ' δ'.

940. (256) *Cod. Pal.* 129 οὐ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν, *Aug.* ἐρᾶτο. *Aristot. Eth. Nic. I,* 9. ἡδίστον δὲ πέφυχ' οὐ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν. De Aristotelica hujus sententiae explicatione v. *Camer.* De votis honorum apud *Plat. Legg. I. II* et in *Gorgia* aliosque v. *Neand.*

941. (885) cf. 991. 1019. De commissatione v. ad *Philostr. Imag. I,* 2. ed. *Jacobs.*

947. (761) φόρμιγγ' αὐτ' φθέρουσε. De eliso τ in Dat. Sing. v. ad 882. *Boeckh.* Not. crit. ad *Pind. Ol. VIII,* 48. XII, 2. *Jacobs.* Not. ad *Anthol. Pal.* p. 64. *Pinzg. et Lang.* ad *Aeschyl. Pers.* 805. Add. *Thiersch. Griech. Gramm.* p. 208 de Homero. *Simonid. Anthol. VII,* 77 ζῶντ' ἀπέδωκε χάριν. *Philisci ep.* in *Lysiam* τῷ λαβόνθ' ἕτερον.

950. (764) Vix haec ab eo profecta, qui pepigit 755 ss. sed ob Medos memoratos ei attributa esse videntur. Scripta autem esse possunt et diu post Persarum invasionem.

951—54. (765—68) His versibus alius quis τῶν ἀμφιπερικτιόνων (978) excepisse videtur eum, qui priores quatuor occinisset. 954. Subaudi εὐχόμεθα. *Lamb. B. Ell.* p. 620 *Schaeff.*

955. (567) παίζω, hic ad *myrtum cano*, cui oppositum est ὥστε λιθὸς ἀφθογγος. *Pind. Ol. I,* 21. Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικᾶς ἐν αἴωτῳ, οἷα παίζομεν φίλαν ἀνδρες ἀμφὶ θάμα τράπεζαν. cf. *Ion* ad marg. exscriptus. Inscriptio Atheniensis ap. *Jacobs. Append.* p. 855 n. 303. Πολλὰ μεθ' ἡλικίας ὁμοήλικος ἡδέα παίσας.

961. (985) *Odyss. VII,* 36 ὡσεὶ πτερόν ἡδὲ νόημα. *Thales* ap. *Diog. L. I,* 35 τάχιστον νοῦς· διὰ παντὸς γὰρ τρέχει.

966. (790) *Ald. et Vat.* ἀρετῆς σοφίης. *Vinctus*, quia ob omissam particulam ἀρετῆς non intelligeret, de conjectura posuit ἐρατῆς.

969. (551) Ἰαίνεται. Sic Veneti etiam quaedam exemplaria et *Cod. Harlej.* (ἵνεται.) — Ἄρης — ἰαίνει καρδίαν κώματι, *Pind. Pyth. I,* 20.

971. (555) Αἶδων ὑπ' ἀυλητῆρος. *Archil.* fr. 106. cf. supra 749 et mox 991. *Alcm.* fr. 75 ἀμὴν δ' ὑπανλήσει μέλος. Cf. *Fisch.* ad *Anacr. Od. 6.* not. 4.

978. (1058) ἀμφιπερικτιόνες, qua voce Callinus v. 2 utitur, hic putat in convivio ad myrtum canentes. Ἀμφικτιόνες et ἀμφικτιόνες, idem verbum. Facius ad Paus. X, 8, 2. cf. Trilogie Prometheus p. 479.

979. (1039) Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι 619.

980. (1040) Pro vulgato ἀρχομένον, quod Bekkerus quoque habet, in quibusdam codd. docente Camerario invenitur ἐρχομένον, quod pro ἀνατέλλεσθαι usurpari docet Goeller. ad Dionys. de compos. 149. Insolentiolem locutionem praetuli.

985. (1119) ἦβης μέτρον ἔκετο, ἰκάνει Iliad. XI, 225. Odys. XI, 516. XVIII, 216. XIX, 352. Hesiod. Ἔργ. 154 et 440 ἦβης μ. ἔχοντε; μέτρ' ἦβης τελείεν, Noster 1540. μέτρον σοφίης. Id. 298 et Solon V, 51. Pind. etiam epigr. in Hesiod. Jacobs. Append. n. 62 et aliud in Tab. Iliaca, γωμοσύνης Solon VIII Br.

989. (1065) ὁμήλιξ Diotim. ep. 6. ἀδέσπ. ep. 749 et ep. ad 955 adscr. σονήλιξ, Callim. fr. 127, ὄνομήλιξ Simmias ep. 4. Theocr. XVIII, 22, cf. Odys. VI, 25.

993. (1067) Philostr. Im. I, 2 in comi luculenta imagine: συνεξαιρέται δὲ καὶ πολλὸς λεῶς, καὶ γύναϊα μετ' ἀνδρῶν ἴεται, cf. p. 209 s. ed. Jacobs. ubi quod p. 204 de nostro hoc loco dixi, ratione sufficiente caret.

995. (877) Μετὰ ταῦτα (post 875 — 76 Bekk.) ἔκκενται ἐν ἐνίοις τῶν ἀντιγράφων δύο στίχοι οὗτοι: Ἠβώοις-φιλε θυμέ κ. τ. λ. CAMER. (qui in ordinem ipse non recepit). Ἠβώοις unice probandum; hac enim forma epici utuntur. Ita etiam Gaisf. SCHAEF.

997. (973) Turneb. καλύψη, quem sequi debebat Br. Advertendum autem idioma Graecae syntaxis in accus. pronominis relativi ὄν. Nam locus sic intelligendus est: οὐδεὶς ἀνθρώπων (ἔστιν), ὅς, ἐπεὶ ποτε γαῖα καλύψη (αὐτόν) — τέρεται. V. Porsoni meamque notam ad Eurip. Med. p. 455; item Jacobs. ad Anthol. Pal. p. 294. SCHAEF.

1000. (976) Requiro praesens ἐσαιρόμενος h. e. προσφερόμενος, bibens. Usus hic est longe rarissimus. SCHAEF.

1001. (977) ὄφρα τε compares cum ἔστε, ne γ' corrigas. SCHAEF

1005. (1193) γε posuit et Blackw. et quidem de suo. Wernick. ad Tryphiod. p. 175 ἀσπάλαθοι δὲ τάπησιν ὁμοῖοι. Boissonadius ἀσπάλαθοι δὲ τάπησιν ὁμοῖον. (quod ita per se dictum verum profecto non est) στρώμα θανόντι τὸ ξύλον κ. τ. λ. Pentameter idem fere dicit, quod hexameter; lignum, in quo mortuus positus est, durum sit an molle, nihil ejus interest.

1007. (313) *Μαίνεσθαι* de ebrietate, ut *μανίη* in Eueni elegia ad 305 laudata, in ep. incerto *Anthol. Pal.* 586: "Ακρητον μανίην ἐπιον, in alio *ibid.* p. 427, 406 et saepius.

1008. (314) *δικαιότατος*, ut apud *Solon.* XVIII, 4: 'Εξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσειται· ἦν δέ τις αὐτὴν μὴ κινῆ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη. Sic nos *fromm* de tranquillitate.

1009. (415) *θωρήσσεσθαι* de vino, 280. 1054. 1136. 1200, *θωραχθεις*, ebruius, *Pind.* fr. 44 Boeckh. *Aristoph.* *Ach.* 1134. *ΛΑΜΑΧΟΣ.* 'Εν τῷδε πρὸς τοὺς πολεμίους θωρήξομαι. *ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.* 'Εν τῷδε πρὸς τοὺς ξυμπότας θωρήξομαι. Cf. *Vesp.* 1193 ss. *Hippocrates:* λιμὸν θώρηξις λύει. *Hesych.* θόριξις (l. θώρηξις) οἴνοποσία; ex Hippocrate, ut patet ex *Schol. Nicandr. Alex.* 52, unde ἀκροθώρηκες ap. *Lucian.* et *Hesych.* Tropus a vi et effectu vini sumtus similis est, diversa licet potestate, nostro in *Harnisch setzen*, quod probat etiam *Nicander* l. l. ποτῶ φρένα θωρηχθέντες. Inepta est derivatio *Grammaticorum*, *Etymol. Schol. ad Aristoph. Ach.* 1132 et *Zonarae* a thorace i. e. loco, qui alimentum accipit, διὰ τὸ θερμαίνειν τὸ στήθος, διὰ τὸ τὸν θώρακα πληροῦσθαι.

1010. (414) ἐξάγει, *Vinet.* *exagitabit.* ἐξάγεσθαι τῇ ὀργῇ est ira abripi; ut ὡς ἐξήχθη διώκειν, motus est.

1011. (493) *Phalaeec.* ep. 2 ἐν τε λισχα, ἐν τ' οἴνω (ἐν οἴνω v. *Valck.* ad *Callim. Eleg.* p. 262.).

1015. (843) *Subaud.* τις v. ad 164. Add. *Pind. Isthm.* I, 41 Boeckh. εἰ δ' ἀρετῆ κατάκειται πᾶσαν ὀργάν. Epkema conjicit ἔον.

1017. (939) cf. 991. — Ἀστέϊσμα τι συμποτικὸν τοῦτο. *CAMER.* Obscurius est carmen; sed hic, nisi egregie fallimur, sensus. Hodie quod canere nequeo, non tibicinem accuso, quasi cum cantu meo minus conspiraret; sed tristitia in caussa est. Deest enim, hei mihi, ad quem heri comum egi (cf. 1023), amicus amabilis, per ironiam quandam, σοφίης οὐκ ἐπιδευόμενος. Simile est epigramma 1085 s.

1023. (1207) Πρὸςφθεγκται φίλω τινὶ τῶν σκυθρωποτέρων τοὺς τρόπους, καὶ ἔχει πῶς ἀσαφέστερον τὸ εἰρημένον ὡς οἶμαι τοῦτο, οὔτε κωλύω δ' οὔτε καλέω κωμάσαι πρὸς ἐμέ, ὥστε παρεὼν ἀργαλέος καὶ ἀπὼν φίλος, ἦτοι σὺ ἢ ἐγώ. τὸ εὐτ' ἂν χρονικόν, ἤγουν ὅτε. ἐνίοθι δὲ γράφεται τὸ πεντάμετρον· Ἀργαλέος γὰρ ἑὼν καὶ φίλος εὐγ' ἂν ἀπῆς. καὶ εἶη οὕτως ἢ ἀναφορὰ πρὸς τὸ ἕτερον μόνον τῶν κώλων, οὐ καλοῦμαι σε, διότι φίλος ἀργαλέος ὑπάρχεις, καὶ εὐ ἂν ἔχοι ἀπειναί σε. *CAMER.* Neand. ex *Camer.* παρεὼν. *Bekk.* ex *Mut.* ἀπερῦκομεν et καλοῦμεν, et cum *Br.* γὰρ ἑὼν. Quantum nunc video, inter epi-

grammata erotica ponere debueram. Non compotores enim alloqui videntur aliquem minus ipsis gratum si secum comissabundus vagari vellet, sed puer amantem, quem, si comum ad ipsum ageret (cf. ad *Philostr. Imag.* p. 205, ubi hanc jam ianui explicationem), parum sibi acceptum fore ait. Hoc modo quum ἔσθῃ subaudiendum sit, ἑών non potest ferri, sed παρεών ponendum est. Conferas cum hac amasii amatoris confessionem 1241 ss.

1025. (1045) Ἄλλο τι παρεμπέπλεκται κωμαστικὸν ἐνταῦθα δίστιχον. CAMER.

Epigrammata.

1028. (892) *Ἀηλάντιον πέδιον* in Euboea *Hom. H. in Ap.* 220, *Callim. in Del.* 289, ubi cf. Spanh. de quo Chalcidenses et Eretrienes bello certarunt. *Herod.* V, 99. *Thuc.* I, 15. *Strab.* X p. 448. 465. cf. Seber.

1050. (894) Ἐπήγεγε δὲ ἀράν παροιμιώδη, κατὰ τῶν τυραννικῶς καὶ ὠμῶς προστατούντων, ἢ καὶ πανούργως ἐνεδρευόντων τῇ τῶν πολιτῶν ἐλευθερίᾳ, μιμούμενοι τὰς Κυνφύλου τοῦ Ἡερίωνος καὶ Περιάνδρου τοῦ Κυνφύλου ἀνοσιουργίας, ὧν καὶ τοῦπίγραμμά καταύχεται ὄλεθρον τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ.

Αὐτὸς ἐγὼ χρυσοῦς σφρηγλατὸς εἰμι κολοσσός,
ἐξώλης εἶη Κυνφελιδῶν γενεά.

(*Jacobs. Append. ad Anthol. T. II* p. 802) ἔχω δ' ἐν τῷ παρόντι οὐδὲν εἰπεῖν ἄλλο, οὔτε περὶ τοῦ ποιήσαντος ταῦτα, οὔτε περὶ τῶν ἐμπεριελημμένων ιστοριῶν. τὸ κυνφελίζον, ὡς φιλιππίζον, μηδίζον, τὰ τοῦ Κυνφύλου φρονοῦν ἢ ἐπαινοῦν ἢ μιμούμενον γένος. CAMER. Fabricius ad *Scalig. ad fragm. Gr.* p. 84 ablegat. *Corsinius F. A. III*, 40 Megarenses Cypselidarum partes fovisse deque eo Theognidem conqueri opinabatur. *C. O. Müller. Dor. I*, 169. *Theogn.* 894 kann wohl nicht auf eine factio Cypselidarum gehen, besonders wenn das vorige, den Persischen Krieg betreffende dazu gehört; sondern κυνφελίσειν heisst verstopft, taub seyn. Probabilis explicatio adhuc desideratur.

1055 s. (1061) Sententia Theognidi a Stobaeo adscripta loco fortasse non suo annexa est. Certe epigrammatarius non apte illa (ut Theognis ipse 209 Mimnermi aliqua, incertus 1155—60 Tyrtaei quibusdam) usus foret; quum κακότης et ἀρετή ad genus et conditionem pertineant, ὀργή autem animum significet.

1055. (1085) Δῆμον δα πολλὰ φέρειν. Τοῦ μὲν δίστιχου ἢ ἀρχὴ ἑλλειπῶς τε καὶ ἀδιορθῶς ἔχουσα, οὐχ' ἤττονα πόνον ἢ περὶ τι τῶν ἄλλων

ἡμῖν παρέσχεν, οὐδὲν θναμένους τεκμήρασθαι περὶ τῆς γραφῆς κ. τ. λ.
CAMER. Ex lectione Ald. δῆμον δ' ἀξιοῖ, et Mut. Δῆμων ἀξιοῖ δὲ
nomen, quo etiam aliud epigramma incipit in *Anthol. Pal.* p. 551
n. 521, olim formavi ad *Alcman.* p. 85, non reprobante, ut videtur,
Jacobsio l. l. T. 5. p. XXIV. Eandem suam sibi, ut ait, nuper fecit
lectionem doctissimus Boissonadius. Fraudem librario fecerit deprava-
ta prius ita scriptura *δημοναξ*. Nomen proprium corruptum est etiam
1051; apud *Pind. N. X.*, 59 *γνωτὰ Θεαίνω* transiit in *γνωτ' ἀείδω Θεῶ*.
Cf. etiam *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* II, 102. *Jacobs. Anim. in Athen.*
p. 156. *Graevius* in *Bentlej. Epist.* p. 20 *Ovidio Amor.* III, 9, 25 feli-
cissime restituit *Patareidis* pro *pater edidit*. Frequentius librarios
propria nomina in appellativa mutare solitos, quam contra, *Ruhn-*
lenius monet *Epist. Crit.* I p. 155 ed. noviss. Apud Nostrum 78
Εὐτράπελος in Cod. Mutin. a librario creatus videtur. Mirum est
in ep. vitium *Callim. ἔθηκε τῇ Κεραστοῖ*, a Bentlejo *Epistol.* p. 10
et Brunckio correctum τῇ, κέρας τοι.

1057. (511) ἀνύσσας, ὀδόν. De hac ellipsi docta est nota *Pas-*
sovii ad *Tac. Germ.* c. 42. *Soph. Tr.* 657 ἀνύειν πρὸς πόλιν. Ita
etiam ad *καταλίειν* vulgo omititur τὴν ὀδοπορίαν, quod ponit *Sallustius*
in *Argum. Oed. Col.*

1059. (515) Ἐγὼ δ' ὁμῶς κατὰ τὰ τῆς νεῶς ἴκρια καὶ τῶν ἐρετῶν
ζυγὰ ἤγουν τὰς καθέδρας ξένια παραθήσομαι. CAMER. Num ὑποτι-
θέναι τὰ ζυγὰ parabolice dicitur de quocunque, hic igitur de epu-
larum apparatu? In sequentibus, ἦν δέ τις ἔλθῃ — ἔχεις, homo no-
ster in memoriam sibi revocare videtur praeceptum pervulgatum;
omissum est fere, valet enim, aut quod praecipitur vulgo solet.

